

Acton. d. 46. 77

NON-CHRISTIANORVM
DE
CHRISTO
TESTIMONIA,

Oder
Beugnisse von Christo

Derer,
Die doch nicht Christen gewesen seyn,
EX ANTIQVIS MONVMENTIS
PROPOSITA

ET
DIUDICATA



A
TOBIA ECKHARDO,

EDITIO RECOGNITA ET AVCTIOR.

QVEDLINBURGI,
APVD THEODORVM SCHWAN.
1736.

Recensent libellum egregium. Supplementa ad nova acta editiora. Tom. III. Sect. XI. pag. 520. f.

11:39:31

4. geb

SVMME REVERENDIS EXCELLENTISSI-
MISQVE VIRIS,

GEORGIO RIBOVIO,
ADHVC REVERENDISS. AC SERE-
NISS. DIOECESIS QV EDLINBURGENSIS
ANTISTITAE A CONSILIIS ECCLESIASTICIS,
CONCIONATORI AVLICO PRIMARIO ET ANTISTITI, GYM-
NASIIQVE INSPECTORI, NVNC GOETTINGAE ANTI-
STITI ET PASTORI PRIMARIO,

NEC NON
CHRISTOPH. AVGVSTO
HEVMANNO,
DOCTORI THEOLOGO, IN ACA-
DEMIA GOETTINGENSI HISTORIAE LITE-
RARIAE PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO,
THEOLOGIAE EXTRAORDINARIO LONGE CE-
LEBERRIMO,

DOMINIS ATQVE PATRONIS SVIS OBSERVAN-
TER COLENDIS,

S. P. D.

*SVMME REVERENDI EXCEL.
LENTISSIMI QVE VIRI,*

Nomina vestra testimoniiis non-christianorum de Christo, optimo Seruatore nostro, praescripsi. Sunt ea dudum, meritis quodque suis clarissima, omnique vehuntur laude, nunc iutem magis & eorum voce, qui sapientiae diuinae humanaeque praecepta vero ex ore percipient, per orbem literarum circumferentur, atque laudibus tollentur in coelum, ex quo diuina prouisio vos coniunxit, & in Goettingensi Academia,

mia, quam Augustissimus Magnae Britanniae Rex & Elector Brunsuicensis, GEORGIVS II: ad immortalem gloriam suam condidit, doctores constituit. Adhuc nostra in Dioecesi ac ciuitate, summe Reuerende RIBO VI, sacrae doctrinae sparsisti semina, & Musarum nostrarum Ephorus earum gessisti curam; ampliorem TIBI iam Deus campum aperuit, vt & diuinae & humanae sapientiae praecepta aliis tradere iuuenesque ad usum Ecclesiae formare queas. Ea vero humanitatis est indoles, vt sapientiam doctrinamque summopere aestimet, praesertim si cum aliis communicetur, fructumque ubiorem faciat. Te vero, summe Reuerende HEVMANNE, dudum omni sum prosecutus cultu & obseruantia, quam Tua in rem literariam amplissima summa-

maque merita vel a quo quis literarum aestimatore requirunt. Diuersa sunt Tuae mentis cogitata a meis, quae de nominis christiani auctoribus sunt exposita. Sed cogitationes mentis in argumento, quod nec reuelatione diuina, nec humanis rationibus certo constat, esse diuersae possunt ac disiunctae, & animorum tamen esse conspiratio. Atque hoc nomen etiam, quo de dissensio est requirit. Documentum hoc meae in VOS obseruantiae cultusque beneuole accipietis, nec ex dignitate, quam nullam habet, sed animo offerentis ingenuo aestimabitis benigne. Quedlinburgi, Id. Sept.

cccccxxxvi.

Praefatio ad lectorem.

VIm magnam habere merito ac iure censetur adversarii testimonium. Is enim, quia infenso aduersus eum, quem odit, animo est, non ea, quae ad laudem eius pertineant, vel etiam professe queant, dicere existimatur. Vi veritatis itaque necessere est fuerit constrictus, si quid dicat vel scribat, eius ad usum vel laudem quod faciat. Spei nostrae ac salutis fundamentum est Christus, Dei hominumque Filius, ipse verus cum Patre ac Spiritu Sancto summusque Deus. Docet hoc sacra pagina, certissimaque nobis & fide diuina recipienda suppeditat argumenta, nec vere recteque de Deo ac religione sentientes alia requirunt. Est adhuc aliud argumentorum genus, quod ab hostibus veritatis petitum fuit. Frequenter Patres ecclesiaeque Doctores antiqui eo vivuntur, & ad Sibyllas, Trismegistum, Hydaspen, Platonem & alios huius generis testes prouocant, eum maxime in finem, ut demonstrarent, fidei christianae doctrinas tam nouas haud esse, quam quidem putarent gentiles, quin dudum ante similia docuisse inter gentes sapientiores, eoque facilius gentibus religionem christianam persuaderent. Erat pia intentio; sed non ubique cautus sat. Piae & vel maxime necessariae sunt cautiones, quas hoc

hoc in genere Cl. Seelenius suppeditat. Incerta dubiaque & vel conficta adhibuere subinde Patres testimonia, gentiumque sapientibus occasionem praebuere exhibandi eiusmodi argumenta. Nostro aeuo idem aliqui tractarunt argumentum, & cum sint, qui Christianorum censeri vellent nomine, & CHRISTVM tamen, de quo nomen habent, eleuent, diuinamque & aeternam maiestatem inscientur, gentium aduocarunt testimonia, ut docerent, eam fuisse ecclesiae christianorum antiquissimae, & Apostolis proximae, de Christo fidem. Sumpsi hanc mihi operam, ut breuibus de iis disquirerem, num quid veri iis sub sit. Quae ante Natum Christum proferuntur testimonia, repudianda prorsus esse iudicauit; quae autem post uatum eum data sunt, ea non omnia prorsus reuicienda existimo. Vel enim ignorantes Christo reddiderunt testimonium, vel publicam de eo christianorum prodidere opinionem. Hasce meditationes ante annos aliquot editas amicorum hortatu iam recognitas in publicam iterum prodire lucem permisi. Christi Seruatoris diuina maiestas uice scopus est. Christus autem ea fert & admittit, quae modo quocunque eius honori seruiunt, saltem animum probat, vires si deficiant, nec respondeat euentus. Et hisce meditationibus Lector benevolus benigne veniam dabit, si cuncta non ita sunt cogitata, uti argumenti grauitas requirit.



CAPVT PRIMVM.
DE
ORIGINE ET RATIONE
NOMINIS CHRISTIANI.
ARGVMENTVM.

I. Christiani nomen habent a Christo. Suetonius Christum scribit: Christus usitatum inter Graecos proprium nomen. An Christus apud Suetonium intelligatur. Nemo apud paganos dictus est Christus. II. Per Iudeos Roma sub Claudio pulsos soli Iudei, an una Christiani intelligentur? Num famis causa, an ob tumultus contra doctrinam de Christo fuerint expulsi? III. Antiochiae Christianorum exortum est nomen. An alibi iam ante cognitum? Nec Iudei, nec gentiles eius auctores. IV. A Christianis nominis repetenda origo. Varia significatio verbi χριστός. V. Graecum verbum in sacris aliiquid diuini publicique nominis infert. Declaratur locus Act. XI. 26. Paulus et Barnabas nominis laudantur auctores. VI. Heumannus a paganis originem repetit. VII. Cur dicti sint Christiani? Num pro Nazar.



Nazaraeis? num vt distinguenterunt ab hereticis? Locus Vigilii Tapsensis notatur. VIII. Christiani dicuntur a Christo, magistro et salutis auctore. Probatur ex i. Cor. I. IX. Christiani quidam Christum non agnoscunt verum et summum Deum. In his Sociniani, quibus fauebat Hugo Grotius. X. Philosophi Graeci sectarum conditores sunt venerati. Haeresium autores in Ecclesia a sectatoribus magni habiti. Sociniani magistrum et liberatorem suum Christum extenuant. XI. Non-Christianii de Christo meliora testantur. Loquuntur non ex affectu, sed ex fama. Adibentur recte ut testes. Patres prouocant ad veterum oracula extra ecclesiam.



CHRISTO nomen habere Christianos, ita notum est, ut nec paganos, nec Iudeos fugiat. Corn. Tacitus de eo sic differit: vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat, Annal. Lib. XV. c. 44. Et Iosephus Antiqu. L. XVIII. c. 4. f. 622. οὐ τοῦ τοῦ χρισταρίου δωδεκάδι (χριστός) αὐτομασθένως εἰν τελέσι τὸ Φῦλον. Et usque in biederum diem Christianorum genus ab hoc (Christo) denominatum non descit. Meminit eiusdem scriptor στύχεος, Suetonius, nisi quod Chrestum nominet. Verba eius sunt: Iudeos, impulse Chresto affidue tumultuantes, Roma expulsi,

lit.

NOMINIS CHRISTIANI.

lit, in V. Claudii c. XXV. quæ Janus Drusius, ex memoria dum recitat, C. Tacito tribuit, Not. ad Sulpit. Seuer. Lib. II. p. 263. Citat haec verba Orosius, & Christum legit, quomodo etiam legitur in Erasmi editione Suetonii, quae cum annotationibus Galli & Egnatii Coloniae an. MDXXXIX. 8. prodiit. Sed Chrestum tamen lectum hic fuisse antiquis, & vulgo pronunciatum, Tertullianus atque Laetantius fidem facere queant. Ille enim scribit: Christianus, quantum interpretatio est, de unctione deducitur, sed & cum perperam Christianus pronunciatur a vobis, (nam nec nominis notitia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est, Apologer. c. III. hic autem: sed exponenda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chrestum solent dicere, L. IV. c. 7. Non ignotum est inter gentes Chresti nomen. In Luciani Philopatride Chrestus nominatur, To. II. p. 773. Eodem insigntur Q. Pasquius Chrestus, sacerdos aliquis, apud Anton. van Dale, Diff. antiqu. p. 71. quomodo etiam Socrates aliquis cognomine Chrestus fuit dictus, apud Appian. de bell. Mithrid. p. 176. & Rex Bithyniae, apud Iustinum L. XXXVIII. c. 5. & alius apud Martialem, in quem duo scripsit epigrammata, quae parum ei cedunt honori, ut laetae conditionis optimaeque notae haud fuisse videatur, L. VII. epigr. 54. & L. IX. epigr. 28. & apud Zosimum L. I. pag. ii. 12. Flavianus & Chrestus dicuntur viri rei militaris non imperiti, & ad res togae praecclare gerendas idonei, quos & Xiphilinus in v. Alexandr. p. 619. commemorat. Ante hos Cicero L. II. ep. Fam. 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mibi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, ut Chresti compilationem mittere, itemque alii plures libertinæ, vel seruulis conditionis, apud Anton. van Dale, compellati sic fuerunt. Iac. Vf serius

A 2

serius quidem in Annal. ad an. Chr. LIV. per *Chrestum*, cuius apud Suetonium fit mentio, Christum, a quo Christiani sunt denominati intelligi, sibi persuadere non potest. Sequitur eum Alexander Morus, Not. ad N. Test. pag. 41. ed. Hamb. & Antonius van Dale, qui pluribus id euinoere conatur, de Orac. p. 604. seq. Iac. Basnagius existimat, Christum intelligi, & a Suetonio viuum tum fuisse creditum, Hist. Iud. & relig. Iudaic. T. IV. L. VI. c. 6. De Christo etiam B. Ittigius, sacrorum annalium peritis simus, Suetonium cum aliis compluribus, interpretatur, Hist. Eccles. sec. I. c. VI. §. 4. pag. 324. itemque doctrina munereque illustris P. D. Huetius, Demonstr. Euang. Prop. III. p. 63. Nec causam video, cur eos non sequamur duces: nam ut aliis Chresti nomen fuerit; pagani tamen vel propterea Seruatori illud tribuerunt, quod vsu inter Graecos receptum, vel ut Grotius scribit: *quia nomen illud Graecis & Latinis notius*, de ver. Relig. Chr. L. II. §. 2. annot. i. verum autem Christi nomen minus cognitum ac usitatum erat. Hoc enim proprium prorsus Seruatori est, quod *Christus* appelletur: nec inscriptio ab Antonio van Dale allata probat, Graecæ originis hominibus id commune fuisse, cum Ælia Chreste ibi occurrit: nam feminæ hoc nomen est, & facile pro Christe scribi potuit, cum & iam isto tempore non adeo distincte homines pronunciarint; ut taceam, quod Tertullianus atque Lætantius sine dubio ad nostrum Suetonii locum digitum intenderint. Nec aliam causam Cl. Mich. Rossal agnoscit, quod *Christus* in *Chrestus* apud gentes sit permutatus, quam quod vocales, & eodem sono fuerint pronuntiae. Vid. eius Obseruat. de Christo per errorem in Chrestum commutato, Cap. II. IV. VII. sq. Num contumeliae causa *Chrestum* & *Christianos* dixerint pagani, disquirunt

inter-

interpretes. Affirmant Torrentius ac Schildius, ad Sueton. I. c. aliique; contra disputat Christianus Wormius, de corrupt. antiqu. Eccl. apud Tacitum & Martialem L. I. c. I. pag. 4. sq. Non omnem absuisse contumeliam, cum notissimum fuerit Christi nomen scribit Ven. Deylingius, Obs. Sacr. L. II. p. 412. Conf. B. Kortholt ad Iustin. Martyrem p. 27. Cellarius Diff. XIV. p. 306. sq. Bingham Orig. Eccles. L. I. c. I. §. XI. Io. Fr. Hebenstreit Christian. πολυάνθρωπος C. II. §. 4. Gottl. Fr. Gude de Eccles. Ephef. statu Seet. II. c. I. §. 3. Bornmeister de error. Histor. Gentil. in rebus sacris p. 35. seq.

II. In Tranquilli loco *Iudeorum* nomine *Christianos* vna intelligi, & a Claudio fuisse Roma expulsos, plurimorum est opinio, contra quam multis disputat Chr. Wormius de Corrupt. antiqu. Ebr. apud Tacitum & Martialem L. I. c. I. p. 9. sq. Orosius iam de eo dubitauit, num Christiani fuerint editio Claudi comprehensi. Sic enim scribit: *anno eiusdem nono expulsos per Claudium urbe Iudeos, Iosephus refert: sed me magis Suetonius mouet, qui ait hoc modo: Claudius Iudeos impulsore Christo affidue tumultuantes Roma expulit.* Vbi obseruandum, quod n. hil apud Iosephum de expulsione Iudeorum legatur, quod etiam B. Kortholtus obseruat, de Persecut. Eccles. prim. p. 5. vt fortasse particula *non* inserenda sit, id quod suadere videatur aduersativa particula *sed*; mox pergit: *quod utrum contra Christum tumultuantes Iudeos coerceri & comprimi iussit, an etiam Christianos simul, velut cognatae religionis homines, voluerit expelli, nequaquam discernitur*, L. VII. c. 6. Sed causa non est, cur receptae nuntium mittere sententiae debeamus, nec Christianos, saltem qui e Iudeis erant, vna intelligi, & eius eos fuisse, statuamus. Etenim ipse Christus, & plurimi Christianorum, primo illo tempore

prodierant e Iudeis, tum alibi, tum Romae, vt licet cognoscamus ex Rom. II. 17: III. i. sq. VII. i. vbi ad Iudeos speciatim sermo dirigitur, & e cap. XVI. vbi, quos salutem iubet, plerique omnes de Iudeorum natione fuerunt, V. Io. Braunius Select. Sacr. L. II. c. 2. in primis §. 26. Nec ipse Paulus a Iudeis se disiungit, quos *fratres* appellat, Rom. IX. 3. quorum se ait colere Deum, & approbare, quae in lege & Prophetis contineantur, vt fides Christiana nil aliud esset, quam Judaismus reformatus, præsertim cum multi ritus Iudaici retinerentur, eoque nomine Christiani, pro secta aliqua Iudeorum, vti Pharisei, vel Essæi, haberentur, Act. XXIV. 5. 14. Atque hinc Tullius ille Ecclesiasticus Laetantius *Iudeorum Christianos esse successores ac posteros*, scribit, L. V. c. XII. Et apud Sulpitium Seuerum ita Romani quidam sentiunt: *contra alii*, inquit, & Titus ipse euertendum templum in primis censebant, quo plenius Iudeorum & Christianorum religio tolleretur. Quippe has religiones licet contrarias sibi, iisdem tamen auctoribus profetas: *Christianos ex Iudeis extitisse*; radice sublata stirpem facile peritaram, Hist. sacr. L. II. p. m. 138. conf. Drusius not. h. l. p. 263. Factum hinc est, vt Iudeorum nomine a gentibus censerentur Christiani, quod multis confirmari testimoniis potest, Act. XVI. 20. Atque hinc Aquila & Priscilla, Christiani originis Iudaicae, cum aliis Iudeis a Claudio Roma fuerunt expulsi, ut legimus Act. XVIII. 2. 26. Rom. XVI. 3. 4. Paulus & Silas accusantur Philippis, quod ciuitatem perturbent, Iudei existentes. Flavius Clemens Consul, & vxor eius Domitilla, cognati Imp. Domitian, contemptus Deorum, & *τρῶαν ιδαικά*, & *disciplinae Iudaicae* (Christianæ religio intelligitur) sunt damnati, vt apud Dionem legimus. Pluribus haec disputant P. D. Huetius Demonstr. Euang. pr. III. §. 21. p. 70. seq.

Sel-

Seldenus de Success. in bona defunct. c. XXVI. pag. 95. Magn. D. Buddeus Diff. de orig. & digni nominis Christianorum §. XVIII. Salomo Deylingius, Obsr. Sacr. P. II. obsr. XLVI. §. 3. p. 411. sq. Sklerander siue Hartmannus in Histor. antiqu. Eccles. Christ. p. 502. sq. Io. Lomeier dier. genial. Dec. 2. Diff. 3. p. 84. Georg. Hornius, Hist. Eccles. p. 57. Kortholt de persecut. eccles. prim. I. praelim. §. 3. 4. Rambachius introd. in Ep. ad Rom. p. 41. Gedicke prim. verit. relig. christ. c. 29. p. 542. Tumultus illi sine dubio moti sunt a Iudeis, ut alibi, ceu ex Actibus Apostolorum est manifestum, c. XIV. 19. XVII. 5. &c. contra Christianos, quorum homo paganus Christum facit impulsorem, quod Christi orirentur causa. Ita Tertullus, Iudeorum orator, actionis Paulo intentatae, hoc facit argumentum præciputum, quod seditiones contra Iudeos vbique terrarum moueat, Act. XXIV. 5. cum tamen Iudei contra Paulum, Christum prædicantem, eas mouerent. Quod ab oratore Paulo, id a Suetonio Christo tribuitur. Lambecius L. VIII. Biblioth. Vindob. p. 7. obseruat, non ipsam Christi personam hoc loco intelligi, sed doctrinam Christi per Apostolos disseminatam. Ita omnino contigisse, doctrinaeque causa Iudeos contendisse cum Christianis, certum nos habemus; Sed num Suetonius doctrinam, & non potius personam aliquam in mente habuerit, de eo fortasse quis dubitauerit. Henr. Valesius existimat, non tumultum, sed famis causa, cum peregrinis aliis, Iudeos quoque fuisse expulso, Annot. ad Euseb. L. II. c. 18. p. 37. Verum Orosius scribit, anno ante famem expulso fuisse Iudeos. Et quis credat, Romanos Iudeos ab ingenio abiisse suo, nec tumultus excitasse Christianæ religionis causa? quorum conspirationem & tumultuantium feruorem iam Cicero notauit in Orat. pro Flacco. Obiicit van Dale, quod,

quod; teste Tertulliano, non fuerit ante Neronem saeu-
tum in Christianos, & quod praecipui Iudeorum Roma-
nensium profiteantur, quod nihil mali audierint de Pau-
lo, & quod audire gestiant, quæ sit ipsius doctrina, cui
nouerint, passim *arras iedai, contradici*, de eaque disputa-
ri, A&t. XXVIII.21. 22. Sed saeuitum non est in Christia-
nos sub Claudio, vti sub Neronè; expulsi tamen Roma-
fuerunt, illi in primis, qui de Iudeis erant. Romani Iu-
daeи, exemplo pristinae expulsionis iam edocti, mitius de
Paulo sentiunt, vt tamen haud dissimulent, passim do-
ctrinae Christianae *arras iedai, contradici*, quod raro factum
est sine tumultu; posteaque cum audissent Paulum, ipsi
discordes discedunt, multumque inter se disputant, v.25.26.
V. B. Chr. Kortholtus de Persec. Eccles. primit. §.3.4.p.4.sq.
& in Pagano obrectatore L. I. c. 3. §.6.sq. Godofr. Voigt-
tius de imag. Trinitatis p. 4. Basnagius Exerc. Hist. Crit.
an. XLIV. p. 530. sq. Braunius l. c. L. I. c. I. §. 19. Seeleni-
us Misc. II. §. 7. p. 65.

III. Antiochia, Syriae metropolis, Seleuci Nicatoris opus, opibus atque deliciis abundans, sed & eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluens, ut a Cicerone describitur, Orat: pro Archia c. 3. digna fuit, in qua primum sonaret Christianorum nomen, ut historici diuini manifestum est testimonio, Aet. XI. 26. quam felicem propterea praedicat Polydorus Virgilius, de Inuent. rer. L. IV. c. 2. & veteres ἡγετοὶ Dei ciuitatem appellantur. Cellarius Geogr. antiqu. L. III. c. 12. p. 417. Alibi iam ante, nimis Hierosolymis, & in Samaria, idem sonuisse nomen, Pamelius existimat, Tertulliani adductus auctoritate, qui Tiberii tempore, non Christianum, quod Eusebius scribit, sed Christianum in saeculum intrauisse scribit, Apolog. c. V. quae verba Eusebius repetit, Hist. Eccl. L. II. c. 2. Verum

rum de re ipsa videtur loqui Tertullianus, quod imperante Tiberio propagari cœperit Christiana religio; si de nomine Christianorum velit intelligi, diuino scriptori aduersatur, qui Antiochiae primum id fuisse repertum testatur, id quod factum est primo, vel tertio circiter anno Claudi, a Christi nativitate XLI; neque tamen postea incognitum Hierosolymæ & alibi fuit, quod verba docent Regis Agrippae, Act. XXVI. 28. et si minus frequentatum fuisse videatur, cum vix ter legatur in N. Test. cum frequentissime tamen compellentur, vid. B. D. Buddeus Diff. de orig. dign. & vsu nominis Christiani §. 3. Basnagius exerc. Hist. Crit. ad an. XXXV. n. XXIX. p. 139. & ad an. XLIII. n. XII. p. 421. 425. Nec vero perinde certum atque expeditum est, qui auctores, quae causae rationesue fuerint nominis vel sumendi, vel imponendi. Fortasse quis dixerit, paganos Iudeosque contumeliae causa vocasse Christianos de Christo, qui adhuc *discipuli, credentes*, itemque *fratres* vocabantur, vt nomine isthac significanter, esse hos, qui Deum venerarentur crucifixum, non secus ac Lutheranorum impositum fuit iis nomen, qui a recepta Ecclesiae Romanae doctrina, Luthero praeeunte, discenderant: Christi autem sectatores, cum sibi & honorificum, & amabile animadverterint nomē, communī id consensu Antiochiae comprobatum recepisse. Est, qui probri causa id inualuisse scribat, non secus ac *pietismi* nomen, quem refellit Perreū Neumeister, V. collect. antiqu. & nouor. an. 1732. p. 269. conf. Io. Fr. Mayeri Eclog. Euang. P. I. p. 219. seq. vbi pluribus hoc argumentum ipse pertractat. Verum altior atque diuinior mihi nominis videtur origo, quam a fonte tam impuro vt deriuetur. Non defuerunt quidem Iudeorum atque paganorum obtestationes, de quibus integrum volumen sub titulo:

B

Paganus

Paganus obreceptor, conscripsit B. Christianus Kortholtus, solertiissimus antiquitatum Ecclesiasticarum interpres, inter quas & illa fuit, quod Deum colerent crucifixum, vel Paulo teste, i. Cor. I. 23. conf. L. II. c. VII. §. 2. non tamen mihi persuadere possum, vel illos, vel istos de CHRISTO Christianos per calumniam vocasse. Nam Iudei Hierosolymis potius, vbi ceperat Christi disciplina, & aliquot iam annos floruerat, primum nomine eam notassent peculiari, Ebraeoque usi fuissent, quemadmodum etiam Christianos in contumeliam a Iesu Nazaraeo, ut in titulo crucis dictus est, Ioh. XIX. 19. Nazaraeos, A&t. XXIV. 5. quod in seculae tamen postea degenerauit nomen. D. Buddeus Diff. c. 13, 17. conf. eiusd. Eccles. Apostol. p. 546. sq. Ven. Mosheimius vind. disc. Christ. contra Tollandum, c. 4. 5. vind. discipl. Christ. item Galilaeos appellatarunt. Hinc. Suidas: ματθαιος Ιησος ον παλαιοι λεγουσαι εγκριπτοι γαλιλαιοι χρισταιοι dicti adhuc Nazarei & Galilaei, mutato nomine nominati sunt Christiani, in V. ναζηραιοι. Deinde nomen Iesu, vt pote persona ac proprium, notius inter ipsos erat, Iesuque crucifixi aequa frequenter, imo saepius, quam Christi, mentionem faciunt Apostoli in Evangelii annunciatione; itaque inde potius nomen fuissent facturi, quod tamen nec ab iis, qui ne nominari quidem id iubebant, Act. IV. 18. 40. nec a paganis, nec ab ipsis factum est Christianis, nisi quod Romanenses quidam, & Loiolae socii ausi id fuerunt, & a Iesu cognomen sumserunt, v. Seelenii medi. exeg. P. II. Diff. X. §. 13. add. Io. Fr. Mayeri Eclog. Euang. P. I. p. 210. sq. quam a nomine Christi, paucissimis forte, quod Graecum esset, & munus Iesu indicaret, intellecto, magisque, dum Messiam notat, inter Iudeos inuisio. Pagani autem diu post, cum multum aucti essent Christiani, nimirum tempore Suetonii,

inter

inter Luciani, Clementis Alexandrini, Tertulliani atque Laetantii, ne quidem recte nouerunt ac pronunciarunt nomen, Chrestum dicentes ac chrestianos. Noui equidem esse qui existiment, in contumeliam id esse factum, quod illum, & istos minime bonos ac benignos (hoc enim significant illæ voices) putarent. V. Torrentius ac Schildius ad Suetonii l. c. Sed non tam cavillandi studio, quam errore & per ignorantiam ita locutos esse gentiles, ex verbis Tertulliani atque Laetantii vero fit simile. Ille in Apologet. c. 3. nec nominis certam esse notitiam penes gentes scribit: hic ignorantium errorum vocat, L. IV. c. 7. vt ante iam notauius. V. Lipsius ad Taciti Ann. c. 4. Huetius Dem. Eu. pr. III. §. 20. p. 69. Kortholt Com. in Iustin. Mart. Apol. p. 27. & Pagan. Obtr. L. III. c. XVIII. §. 4. 5. Kippinius ad Pappi Hist. Eccles. p. 93. & qui fuse disputat, Chr. Wormius Antiqu. Ebr. apud Tac. & Martial. p. 4. sq. Qui igitur auctores inuentoresque fuissent nominis, quod ignorarunt? præsertim cum inter ipsos non adeo diu fuisset praedicata de Christo doctrina, Actor. XI. 1. 19. 20. Accedit, quod gentibus nomen christianorum inuisum esset quam maxime, vti praedixerat Christus, cunctis gentibus eritis inuisi propter nomen meum, Matth. XXIV. 9. nec quidquam ageret magis pagana supersticio, adhuc imperio armata, quam vt christianos, etiam contra iuris rationem, tormentis cogeret abnegare, quod profitebantur, nomen, quod & Plinius fecit, homo sapientissimus, & æquior cetera iudex, vt ipse testatur L. X. Epist. XCVII. quae in antiquitate ecclesiastica est celebratissima. Recte Buchnerus ad Plinii Ep. cit. scribit: Patres conqueri Christianis nomen magis, quam vitam, exprobratum; quo pertinet illud Tertulliani (Apolog. c. 3. conf. c. 2. vbi de odio huius nominis pluribus agit) quod pagani in ore ha- buerint:

B 2

buerint: *Bonus vir Caius, sed malus tantum, quod Christianus*, conf. Illustr. Boehmerus in iur. Eccl. antiqu. Diff. V. p. 312. sq. I. A. Schmidii Diff. de insign. veter. Christian. formul. p. 4. seq. Godofr. Olearius *Jesus der wahre Messias*, p. 65. sq. Diocletianus omni crudelitatis vi nomen hoc extirpare studuit, quod etiam inscriptionibus iactatum. Cellarius Progr. LIII. p. 383. Sed frstra tamen fuisse vim omnem, satis ipse cognovit. V. Kortholtus Com. in Justin. M. p. 17. 18. Pagan. obtr. L. III. c. 18. Et si ab hostibus impositum hoc fuisse nomen, dubitari possit, an iudicium Ecclesiæ Antiochenæ, si quidem ea id probasset, certae in vniuersum fuisse securae, dictumque probaturæ ac recepturæ nomen. V. Baronius Annal. an. XLIII. §. 16. Ottius Exam. Annal. Baronii ad an. XLIII. §. 3. p. 174. I. Fr. Hebenstreit in Christiano πολυωνύμῳ c. I. §. 2. sq.

IV. Ab iis opinor originem Christiani nominis esse repetendam, qui & vim, & rationem eius ante perspexerunt, Ecclesiamque obstringere potuerunt ad amplectandum prompte, & constanter sequendum. Sed argumenta videamus, quae id suadere videantur. De Barnaba dicitur Actor. XI. 24. 25. 26. quod vir plenus spiritu sancto Paulum, cum reperisset quæsitum, deduxerit Antiochiam, & ambo per annum ibi conuentus egerint Ecclesiae multumque populum docuerint; quibus subiungitur: *χρηματίσαι τε πάλοις εν Αγιοχείᾳ τες μαθήτας χειστανές*: quæ B. Sebast. Schmidius interpretatur: ita ut dicerentur primo in Antiochia discipuli christiani. Verbum *χρηματίσω* varias habet apud scriptores profanos significaciones. Significat enim publica negotia tracto, v.gr., cum ius reddendum, mandata danda & res constituendae sunt, adhibetur de praefectis, magistratis, & qui sunt cum imperio. Hinc Suidas ait idem esse ac τὸ πράγματι *χρῆσθαι*, οἷος Φαμεν, *χρηματίσσει* βελλη, καὶ ὁ δῆμος, οἷον

οἰον, *πράγματος σχολάζει*, negotiis occupari; quomodo dicitur: *senatus, populus publica tractat negotia*, id est, negotiis vacat. Aelianus V. H. L. II. c. 15. nominat thronos, vbi Ephori consueuerant *χρηματίζειν*, ius dicere, & publica tractare, conf. L. XIII. c. 23. Conuenienter Ioach. Camerarius, optimus linguae Græcæ, post Reuchlinum, restaurator, ita exponit, Notat. Figur. ad Euang. p. 22. *χρηματίζειν actiua forma significat publicum negotium agere*, & aliquid publice referre atque decernere, quod exemplis probat ex Aristophane & Demosthene petitis, quibus addi potest Aelianus Var. Hist. III. 4. IX. 3. Deinde idem est, ac titulum aliquem publica significatione usurpare. Ita Polybius L. V. c. 57. p. 559. edit. Gronou. de Achaeo: *τετόλμηναι διάδημα περιθέσαι ηγεταῖς* *χρηματίζειν*, ausum esse diadema imponere, & salutari regem, et p. 560. *ηγεταῖς τοῖς πρῶτοις ιτάλμητε χρηματίζειν*, & tunc ausus est publice regis appellationem admittere, et usurpare scribendo. Vti autem verba *περιθέσαι* & *γράφειν*, sic etiam *χρηματίζειν* actiue hoc loco significat: Huic Casaubonus reddit: *nomen regium tunc primum assumens, cum legatis ceterisque responsa dabat, & cum ad ciuitatres scribebat, vbi vim expressit verbi, quam mox significabimus*. Et Plutarch. To. II. p. 248.: *νόμος ήν τοῖς ζευγιστοις μὴ πατρόσει, αὐτὸς αὐτὸς μητρῶν χρηματίζειν*, Lex erat apud Zanthios, vt non a patribus, sed a matribus sese nominarent. Idem porro est ac legatis responsa dare, quo modo aliquoties apud Polybium legitur, ex quo unum hic dabimus locum: *ὑγρηματίσει τοῖς τῆς Ρώμης πριούσιαις, cum Romanorum legatis colloquium habuit*, p. 1093. Plura dat Raphelius Obs. ex Polybio in N. T. p. II. f. conf. Spanhemius ad Iuliani oper. p. 122. Hinc Camerarius: *ad publicas actiones responsa pertinent, quae de sententia consilii, vel principis dantur*. Tum etiam pro appellari, nominari, usurpatur, ita fere, vt publici nominis & auctoritatis aliquid acce-

accedit. Plutarchus in M. Antonio, p. 941. de Cleopatra, quae in stola Isidis sacra in publicum prodibat, scribit: *νέα ἵσις ἡ χρηματίσσει, noua Isis cognominata est*: Sic enim malim reddere, quam cum interprete: *nouae Iidis nomine responsa dedit*. Suidas obseruat, quod verbum hoc *χρηματίζειν* adhibetur etiam pro *ὑπάρχειν, esse, existere*, vt solent verba *nuncupandi*. Actiue usurpat Ioannes Antiochenus Malala, pro *appellare*. Scribit enim de Augusto: *ἐχρημάτισσι έαυτον' Αύγουστος καίτης οὐλαντικός*, appellauit se *Augustus Caesar Octavianus*, quod & ipsum publico senatus decreto factum est, Florus L. IV. cap. vlt. Vid. Menagius Not. ad Laertium L. I. f. 48. p. 26. Budaeus Com. Gr. L. p. 353. f. Aliud exemplum e Basilio M. dat. Suicerus h. v. b. De *responsis oraculorum* adhiberi ostendit Jensius in Ferc. liter. p. 39. quae a daemonibus proficiisci persuasum habebant, Buchnerus Epist. P. II. p. 377. Verbum passiuum *χρηματίζειν* significat *somno moneri*, & adhibetur de aegrotantibus, qui in Aesculapii templo somnia captarunt, quae a Deo isto immitti credebant. Isaac. Vossius Animadu. ad Catullum p. 27. conf. Dictionar. Graeco-Latinum, quod MDLXXII. Basileae e doctissimis viris collectum in fol. prodiit, h. v. vbi fusius de ea agitur.

V. Quod si loca nunc perquiramus Noui Foederis, in quibus verbum hoc legitur, aliquid diuini publicique nominis vbique interuenire cognoscemus. Sic Josephus Matth. II, 22. *χρηματίσθεις ητον ὥστε diuinitus seu oraculo per somnium admonitus* fuit, vt fuga saluaret recens natum Iesum: quomodo & magi *χρηματίσθετες diuinitus somnio admoniti* fuerunt, ne ad Herodem reuerterentur, v. 12. Atque hoc modo etiam Luc. II, 26. Actor. X, 22. Ebr. VIII, 5. IX, 7. occurrit. Non alia ratio formae actiuae est. Sic legimus Ebr. XII, 25. *τοι επὶ τῆς γῆς παραιτήσαμενοι χρηματίζοντα, eum auersantes, qui in*

*in terris diuino nomine responsa dabat, seu oracula diuina edebat, vbi actiue verbum legitur. Locus Rom. VII, 3. dubius videri possit, vbi legitur: μοιχαλις χειραριστι, adultera vocabitur. Verum & hic maior verbi vis est, quam sic exposuerim: adultera erit, quomodo Syrus reddidit interpres, seu, quod perinde est, vocabitur, scilicet legis diuinæ sententia; conf. v. 1.2. Wolffius cur. crit. ad h. l. Elsnerus obs. S. ad h. I. p. 35. More enim Iudeis recepto adultera non vocabatur, quae accepto repudii libello alteri nubebat, Matth. V. 31. XIX. 7. f. neque Romano iure adultera dicebatur, quippe quod pariter diuortia secundaque matrimonia permittebat, quomodo Ciceronis Terentia Sallustio nupsit. Schickardus Iur. Reg. Ebr. c. III. theor. 9. & ibi B. Carpzouius p. 183. Seldenus Vxor. Ebr. L. III. c. 19. p. 314. f. & c. XXVII. p. 401. f. Eadem igitur vis verbi a praesenti etiam loco, vbi de origine christiani nominis agitur, aliena non erit. Commodo autem sic fluet orationis nexus: factum vero est, ut ipsi, Paulus & Barnabas, annum totum conuenient in Ecclesia, & docerent populum multum, appellarenturque diuinitus & publico nomine primum Antiochiae discipuli christiani; vel ita: nomenque christianorum diuino moniti afflatu publice assumerent. Sed vt animi expromam sententiam, videtur mihi eadem constructione continuari oratio, & ad Paulum Barnabamque auctores, nominis referri originem. Graeca addimus verba: *ἴγεντο δὲ αὐτοις εἰ αὐτοὺς ὄλου στοιχηθῆσαν εἰ τὴ ἐπικλησία καὶ διδόθεαι ὥχλον ικανὸν, χρηματίσατε πιστῶς τὸν Αντιοχεῖαν Ἰησοῦν θεόντας χριστιανός*. Factum vero est, ut ipsi Paulus ac Barnabas annum totum conuenirent in Ecclesia, & docerent populum multum appellarentque suggente Spiritu S. quo tum decebant, ac postea scribebant, Apostoli, primum Antiochiae discipulos christianos. Sic verba*

ba tria per particulas $\kappa\gamma$ & $\tau\epsilon$, quae formula Graecorum elegans Lucae est frequentissima, connectuntur, & ad pronomen $\alpha\upsilon\tau\gamma\varsigma$ referuntur, & vt $\delta\delta\alpha\zeta\varsigma$ apostolis, sic $\chi\rho\mu\alpha\zeta\varsigma$ etiam tribuitur. Solent scriptores N. F. verbum $\iota\gamma\epsilon\epsilon\tau\omega$ cum accusatiuo & infinitiuo coniungere, vbi profani verbum $\sigma\mu\kappa\alpha\iota\omega$ adhibent, etsi nec verbum $\iota\gamma\epsilon\epsilon\tau\omega$ prorsus respuunt. Vid. cl. Schwarzius ad Olearii L. de Stilo N. T. p. 9. conf. p. 303. Et cum aliquoties verbum $\chi\rho\mu\alpha\zeta\varsigma$ in N. F. passiuem accipiatur, & vix semel intransitiue, non erit causa, quod insolenter hoc fieri dicatur, si actiua ei tribuatur significatio, quae apud profanos frequens est. Convenienter in Lexico laudato: $\chi\rho\mu\alpha\zeta\varsigma$ ex re nomen inde-re, vel sumere - - - simpliciterque pro nominare, nuncupare atque appellare. Atque hoc probat duobus Polybii & Plutarchi locis supra allatis, & subiungit: sic accipi puto in Aet. Apost. ca. ii. (verba Graeca) vbi subauditur, vt in supra positis exemplis, $\alpha\upsilon\tau\gamma\varsigma$, i. factum est autem, vt Antiochiae pri-mum discipuli se christianos nominarent. Qui mibi videtur aptissimus sensus. Sed hic non subaudiendum est $\alpha\upsilon\tau\gamma\varsigma$, cum diserte habeatur, & Apostolos duos designet; quae omit-tuntur verba, quando $\iota\gamma\epsilon\epsilon\tau\omega$ statim iungitur $\tau\zeta\chi\rho\mu\alpha\zeta\varsigma$, quomodo etiam Budaeus afferit in Com. Gr. L. p. 355. & red-dit: titulum assumere, atque sic pariter ad apostolos, tan-quam praecipuos, res redundabit. Non afferam, quod le-gere memini, verba in $\iota\zeta\omega$ significare semper actiue. Cer-te Pasor Gramm. Graec. sacr. Nov. Test. p. 590. - 597. lon-gam verborum seriem, quae in $\iota\zeta\omega$ desinunt & Actiua sunt, interque ea nostrum, etiam $\chi\rho\mu\alpha\iota\zeta\omega$ recenset. At-que his magis, quam aliis conueniebat nomen tam conue-niens, & tanti plenum solatii & dignitatis, iis imponere, quod ad eos quoque refert W. E. Tenzelius, Colloqu.

Menstr.

Menstr.an.MDCXIV.p.904. Vigilius Tapensis ad cunctos referre videtur Apostolos; sed repugnantibus annalibus sa-cris, quo de s. f. Notari meretur, quod Johannes Malala Antio-chenus verbum indefiniti temporis eodem modo actiue usurpet, vt supra diximus. Idem Ioannes ad Euodium, quem Petrus Episcopum Antiochiae creasse Suidas commemorat, refert auctorem *christianorum* nomen: sed maioris id au-toritatis esse existimo, quam ab eo vt sit repetendum. Seldenus de Synedr. L. I. c. 8. p. 122. Cae Antiqu. Apost. in V. Pauli c. II. §. 2. p. 341. ed. Germ. Christus, cum praedi-xit, odio fore discipulos ob nomen suum, siue nominis causa vexationes perpeccuros, Matth. X. 22. XXIV. 9. a se nomen habituros una significauit. Basnagius impletum esse scribit oraculum Esiae: Interficiet vos Dominus DEus, & seruos suos vocabit nomine alio, c. LXV. 15. Exerc. Hist. p. 426. Ad quem prophetam pariter prouocat Pseudo-Athanasius, loco mox citando, & illud completum esse ait oraculum, quo dicitur: seruentibus mibi vocabitur no-men nouum, c. LXII. 2. vbi ad Christianorum respici no-men, etiam Cocceius existimat. Pluribus hunc locum exponit Outreinius in Bibl. Brem. Class. V. p. 457. Ignatius quoque, Euodii successor, hunc ipsum Esiae locum cita-vit, in Epistola ad Magnesios, & eam in rem adducitur a Ba-ronio, Annal. an. XLIII. n. II. Sed cum verba ipsa tan-tummodo legantur in veteri ac interpolato exemplari, V. B. Ittigii Bibl. Patrum Apost. §. X. p. 211. de quibus nihil exstat nec in Vossii, nec Vsserii exemplaribus, nihil sub-sidii ex Ignatii testimonio accedit, nisi in tantum, quod ad-diitamentum sit auctoris sic satis antiqui. Adde clarissi-mum locum Esa. LVI. 5. dabo illis filiis alienigenae & eunu-chis, h. e. gentibus in domo mea & intra muros meos locum & nomen bonum pae filiis & filiabus, nomen aeternum dabo illis

C



illis, quod non exscindetur. Vbi de vocatione gentium agit, iisque intra domum, h. e. ecclesiam admissis, & in populum ascitis nouum promittit nōmen, conf. v. 6.7. cœpit vero nomen Christianorum inter Christi discipulos & gentibus. V. Summe Reuer. Deylingius, Obs. Sacr. Part. II. pag. 293. Ven. Wolfsius cur. Philos. & Critic. ad Actor. XI. 26.

VI. Vir celeberrimus, D. Heumannus, cuius benevolam in me voluntatem magni facio, in peculiari Dissertatione Goettingae habita de ortu nominis christianorum afferit, paganos fuisse nominis autores, eruditique, vt solet, argumentis confirmat. Fateor, cum Paulum & Barnabam statui nominis autores, scrupulum mihi initio statim & deinceps nouisse, quod nusquam Paulus *christianos* nominet, sed *fratres*, vel *fideles*, vel *sanc̄tos*, videaturque reprehendere aequē eos, qui de Christo, ac qui de Paulo, vel Cepha, vel Apollone vellent nominari, I. Cor. I. 12. Vbi tamen est, quod responderi queat, nimirum notabile esse discrimen, quod Apostolus constituit, I. Cor. III. 4. 5. 21. 22. 23. vt adeo prius probet, Gal. V. 25. vbi *christiani* nominantur, reliqua vero improbet ac damnet. Videtur tamen Iacobus ad id nominis respicere, cum cap. II. 7. *ditores* ait, haud dubie Iudeos & paganos, blasphemis proscindere bonum nomen, de quo nominarentur, quod Sebastianus Schmidius in versione latina statim exponit: *Christi scilicet, a quo vocamini christiani; & Christus ipse, Apoc. II. II.* vbi in angelo Pergamensi laudat, quod teneat *nomen suum*, nec religionem abnegarit, etiam dum periit Antipas, fidelis testis. Nec vero aegre feret vir vt eruditissimus, ita humanissimus, quod quae scripta dudum, & alicubi illustrata fuerunt ante habitam visamque dissertationem, nunc prodeant iterum.

rum. Solent eruditi, si rationes in vtramque partem alatas iuxta se conferant, tanto magis dijudicare, quae praeualeat sententia. Neque enim ita sum addictus assertae sententiae, vt ea valere non iubeam, si aliam firmioribus videam rationibus subnixam eruditis probari.

VII. Satis de auctoribus. De ratione & causa iam breuiter disquiramus. Ecclesiam Antiochenam primum sumpsiisse nomen *christianorum*, pro *Nazaraeorum* nomine, propterea quod hi a recto deflexerint, Goodvini est sententia, in Mose & Aarone p. 70. Sed vt deflexerint Nazaraei, quod Iudeorum ritus atque opiniones sectarentur; dubito tamen, an omnes. Vix veri fit simile, tam cito christianos a recto defecisse, cum post Pauli discessum reditumque demum quidam Hierosolyma venientes turbarint ac corruperint Antiochiae christianos, Act. XIV. 26. XV. I. 2. Distingui itaque debent Nazaraei priores, integri in doctrina, propterea à Iudeis sic nominati, quod ex Ebraeis discipuli essent Iesu Nazareni, a posterioribus, qui a recto recesserunt, Iudaicasque ceremonias, ac circumcisionis in primis necessitatem, vrsurunt, Act. XV. I. Monstri igitur aliquid alit, cum Tolandus *Nazaraeus* vocari maluit, quam Christianus. V. Vener. Moshemius, Vind. contra Tolandum p. 103. sq. 133. Aet. Erudd. germ. 1712. p. 378. sq. De Nazaraeis vid. Hartmannus histor. antiqu. eccles. christ. p. 540. sq. Ven. Ioach. Langius Hæresiol. Diff. IV. membr. III. Deinde scriptor diuinus prodidit, pro *discipulorum*, non autem pro *Nazaraeorum* nomine fuisse assumptum Christianorum nomen. Athanasius, vel potius Vigilius, Tapsensis Episcopus, qui verus auctor habetur disputationis cum Ario Laodiceae habitae, & seculo quinto vixit ac floruit, Ittigius Dissert. de Pseudopigr. C 2 c.XII.

c.XII. §.26. Append.ad Haeresiarch.p.206.sq. quem sequitur Baronius, existimat, sumptum id fuisse nominis, ut Christi discipuli discernerentur a falsorum sectatoribus doctorum, quos & ipsos *discipulos* vocarint, Annal.an.XLIII.n.12. Verba Vigilii haec sunt: *quia multi nouorum dogmatum auctores extiterunt doctrinae obuiantes apostolicae; omnesque sectatores suos discipulos nominabant, nec erat vlla nominis discretio inter veros falsosque discipulos, cum siue qui Christi, siue qui Dosithei, siue Cephae, siue Theodae, siue Iudae eiusdem, siue etiam Iohannis sectatores uno discipulorum nomine censerentur; tunc Apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum, Luca narrante, indicant Acta, omnes discipulos novo nomine, id est, Christianos appellarent, discernentes eos a communi falsorum discipulorum vocabulo, ut & diuini per Esaiam oraculi sermo impleretur, quo ait: feruentium vero mibi vocabitur nomen nouum.* Verum enim vero isto tempore, quo nomen *christianorum* vsu obtinete coepit, quod Suidas sub Claudio factum scribit, & quidem, secundum Lud. Cappellum Histor. Apost. p. 22. anno imperii eius tertio, secundum Baronium vero & alios, quod veri magis simile, anno primo, falsi doctores nondum turbarant Ecclesiam Antiochenam, non ita multo ante plantatam, Actor.XI.19.20. sed triennio circiter post demum hoc contigisse legimus, Actor.XIV.26. XV.1.2. Deinde frustra fuissest nomen Christianorum, nec finem obtinuerint suum auctores, cum nulla fuerit in Ecclesia haeresis, quae non sub Christianorum nomine lateret, & in eo gloriaretur, tanquam sibi soli, vel saltem praecipue, conuenienti, quo de Patrum exstant querelae. Vid. Bañagius Exerc. Hist. p. 421. sq. Kortholt Com. in Iustin. Martyr. p.31.74. Pagan. Obtrect. L. I. c. 6. §. 1. sq. D. Buddeus Diff. cit. §. 6. Lucas etiam postea in Actibus Apostolorum semper nominat

Disci-

discipulos, nunquam *christianos*, cum tamen multum sine dubio creuerit falsorum numerus discipulorum. Et num multi adeo nouorum dogmatum auctores eo iam tempore, quo Christianorum receptum est nomen, exstiterint, nondum expedita est quaestio. De Simone Mago, quem Vigilius haud nominat, res est manifesta ex Act. VIII. quantum sectatorum eius nulla fiat mentio, ipsumque anno primo Claudii a facie Apostolorum fugisse Romam narret Albertus Stadensis, Chron. p.39.b. De aetate Dosithei non vna doctorum est sententia, cum alii Simone Mago iuniorem, alii antiquorem faciant. Sed duo si statuantur Dosithei, quorum alter Iudaismum, alter Christianos turbauit, res erit confusa. V. Bañagius loc. cit. B. Ittigius de Haeresiarch. c. I. p. 21. sq. & in Appendix. p. 2. & ante hos summe Reuer. Bremens ac Verdensium Antistes, D. Io. Diecmannus Philologem. S. ad Gen. XLIX. 10. p. 31. Christoph. Cellarius Histor. Samar. p. 34. sq. Langius loc. cit. Diff. II. & III. Essent & alia notanda in oratione Vigilii, vt pote quod tanquam diuersos introducat discipulos, Christi, Cephae & Iohannis. Nec enim puto alium intelligi Cepham, quam de quo in Corinthiaca Ecclesia, vt de Paulo, nonnulli voluerunt denominari, 1.Cor.I.12. Petrum videlicet Apostolum: & ita Clemens Romanus, Apostolorum discipulus, intellexit Paulum, cum in priori ad Corinthios Epistola scribit, postquam recensuit, quod partium fuerit inter eos studium, minus ab iis peccatum fuisse: *προσδικήθητε γάρ αποστόλοις μεμαρτύρημένοις, in Apostolos enim praeclaro testimonio celebres animis & affectu propendebatis, §.47. p. 81. edit.* Ittig. nec Iohannem alium, quam Apostolum, cum nullins Iohannis celebrata sit memoria, nisi famosa Iohannis, seditiosi Iudaei, qui Vespasiani vixit tempore, nec discipulos habuit Christianos; quod inter falsos doctores Apostolis coaeuos numeret Theodam

& Iudam quendam, (sine dubio Galilaeum, de quibus Acto. V. 36. 37.) qui tamen seditionis fuerunt Iudei, dudum cum factionibus suis oppressi, Cataubon. Exerc. II. adu. Baron. n. 18. 19. p. 175. Histor. Eccles. Gothan. L. II. c. 2. sect. 3. §. 4. p. 152. quod Apostolos conuenisse dicat Antiochiam, Luca id-narrante, qui tamen praeter Paulum & Barnabam, postea tamen ad gentes emissos, Acto. XIII. 2. neminem nominat Apostolorum, quanquam Seuerinus Binius quoque Apostolicis conciliis hancaddi velit congregationem. V. Ittigii Obl. Misc. ad Clem. Alex. suppl. n. 1. p. 181. Sed hisce immorari non licet. Neque vero negauerim, etiam discretioni inferuiisse christianorum nomen: eo ipsi enim discreti sunt *discipuli Christi & a paganis, & a Iudeis*, quorum doctores sectarumque conditores suos quoque discipulos habuerunt. Tertullianus: *quid noui, si aliqua disciplina a magistro cognomentum sectatoribus suis inducit: nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorei*, Apol. c. III. B. Ittigius Append. Haeresiol. p. 3. & Histor. Eccles. Sec. I. c. V. §. I. p. 257. Dannhau. H. E. trisec. p. 64.

VIII. Altius nunc repetenda erit causa nominis christiani tam grati, omnibusque probati, quod *μιγρα νερος ονομα magnum & venerabile nomen* Gregorius Nyssenus appellat, To. III. Op. p. 261. Bene anonymous quidam: Act. Erudit. an. MDCC XXXI. p. 457. Christianum esse, christianum dici, *omnibus ornamenti honestius, omni voluptate iucundius & dulcior, omnibus thesauris pretiosius habebatur*. Nec vero aliam censemus, quam quod CHRISTVM venerentur christiani, auctorem salutis ac disciplinae. quique simul praefstat, quod haec profitetur, veram Sapientiam & Salutem. Significat hoc Paulus, inter auctores nominis vel praecipuus, in priori ad Corinthios Epistola c. I.

Erant

Erant Corinthe inter fideles ac *discipulos* contentiones, dum essent, qui a Paulo, iterum qui ab Apollo, alii, qui a Cepha seu Petro, alii, qui a Christo vellent appellari, v. 11. 12. Hos corrigit Apostolus: *num diuisus est, inquit, Christus? num Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati es sis?* v. 13. Vnum & indiuisum ait esse Christum, a quo omnes iure nomen haberent, eas ob causas, quas in eo, nequaquam vero in se, aut in ullo alio reperirent vel Apostolo, vel doctore, nimisrum quod *Christus pro eis crucifixus esset, & quod in Christi nomen essent baptizati*. Dum enim haec de se negat, quasi indignabundus interrogandi usus formula, facile est ad colligendum, quod quia Christo conueniunt, inde nomen sumere queant, debeantque. Est autem Christus crucifixus *pro nobis*, hoc est, nostrae salutis causa, quippe qui *peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum crucis*, 1. Petr. II. 24. & *Chiographum*, quod aduersus nos erat per decreta, sustulit e medio cruci affixum, Col. II. 14. eoque factus est nobis a Deo Sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, 1. Cor. I. 30. In Christi nomen baptizati sunt christiani, eo quod eodem velut sacramento quodam illius disciplinae infererentur, Matth. XXVIII. 19. & beneficiorum, quae morte sua peperit, interque ista *χριστουςunctionis redderentur participes*, Act. IV. 12. Rom. VI. 3. 1 Ioh. II. 27. factique discipuli obligarentur ad agnoscendum eius nomen & inuocandum, fiduciamque in eo collocandam ac imitandam vitam, Act. III. 6. 16. Gal. III. 27. V. 24. Baptismus igitur & crucifixio coniunguntur ab Apostolo, quae causa sint, cur a Christo petitum sit nomen christianorum. Non itaque satisfacit opinio celeb. Io. Clerici, existimantis: in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti baptizari, vt deinceps discipulos se Patris, Filii & Spiritus S. profiteantur, & de illorum nomine vocentur, Not. ad Hammondum ad Matth.

Matth. XXIX.19. Nam vt fiat baptismus etiam in nomine Patris & Spiritus S.; sit tamen peculiari adhuc ratione in nomine Christi, quandoquidem is passione & morte sua promeruit, vt beneficia spiritualia in baptismo offerantur nobis, conferantur & obsignentur. Quae causa etiam dici potest, cur toties in nomine Christi ab Apostolis baptizatos legamus, Acto. II.38. VIII.16. X.48. quod scilicet in mortem Christi, hoc est, in beneficia, quae Christi morte nobis parata sunt, baptizemur. V. Scherzerus Breviar. Hülle-mann. pag. 597. seq. Vitringa Obs. Sacr. L. III. pag. 319. & L. IV. p. 800. sq. Accedit etiam, quod Christus Dei Sapientia, Prou. VIII. 12. sq. Luc. XI. 49. λόγος seu verbum Patrisque orator, Ioh. I. 1. 18. Ebr. I. 2. & Magister, Ioh. XIII.13. & Doctora Deo missus, Ioh. III. 2. discipulos habuerit in terris, Matth. XI. 1. posteaque per eos fieri voluerit alios complures, Matth. XXVIII.19. vbi μαθητῶν discipulos facere iubet sacro baptismi fonte tingendo, qui eius disciplinam vt profitentur ac vita exprimunt, ita eius quoque, nunquam autem Patris, vel Spiritus S. discipuli appellantur. Dicta haec tenus confirmat Apostolus, cum post digressionem de munere doctorum in Ecclesia horumque doctrina redit ad illam contentionem, de qua dicere fuerat ingressus, & cap. III. docet, quod Paulus & ceteri, de quibus nomen sumebant Corinthii, ministri essent, qui per se ac virtute sua nihil ad ipsorum salutem conferrent, sed quaecunque praefarent, virtute agerent Dei ac Domini Iesu Christi, qui esset fundamentum & prædicationis, & Salutis, V. 4 - 11. Post haec in summam dicta colligit, vnaque monstrat, quid de seceterisque Apostolis & Euangelistis habendum, & de quo nomen habere possent, cuique obligati essent, v. 21. 22. Itaque ne quis glorietur in hominibus, omnia namque vestra sunt; sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, - omnia vestra sunt, vos

vos autem Christi, Christus autem Dei. Sensus est, Apostolos esse ministros, nec esse causam, eur huic vel illi vel lent esse addicti, & in eius nomine gloriari; esse vero eos Christi, in quem ipsi credant, & per quem salutem sperrent in eius nomen baptizati, eaque propter in eo posse gloriari; ab eo posse denominari. Christus autem Dei est, non vt primus Adam, qui homo de terra erat, eoque terrenus; sed vt secundus, qui erat Homo, & vna κύριος οὐρανοῦ, Dominus de coelo, Luc. III.vlt. 1. Cor. XV.47. a Deo datus Mediator hominum generis, Ioh. III.13.16. Est autem Christus Dominus de coelo, hoc est, VERVS & SVM-
MVS DEVS, vtpote Filius Dei vnigenitus, Ioh. I. 14. 18. ipseque DEUS benedictus in secula, Rom. IX. 5. vnu ille Dominus, per quem omnia, 1. Cor. VIII. 6. quem etiam, in quantum homo est, Dominum & Christum fecit Deus, A&t. II. 36. dum nomen ei dedit supra omne nomen, vt in eo omne se genu fleat, omnisque lingua confiteatur, quod κύριος Dominus sit IESUS, Phil. II. 9. 10. 11.

IX. Hoc vniuersi, qui christiani audiunt, de CHRI-STO cognoscere, hoc confiteri deberent. Verum per multi sunt, qui nomen de Christo usurpat, & tenuiter admodum de eo sentiunt, nihil minus, quam quod modo diximus, credentes. A primis Ecclesiae incunabulis non defuerunt, qui christiani cum vellent esse, Christum merum hominem statuerent, infasta praefidente auspicio Cerintho, cum discipulo socioque suo Ebione, (nam hominem fuisse, haud dubitare nos finit B. Ittigius, Obs. Misc. IX. ad Clem. Alex. Suppl. p. 242. sq. & de Haere-siarch. Se&t. I. c. 6.) quos multi fecuti sunt per omnium ferre seculorum decursum, quorum hic texere catalogum instituti nostri non fert ratio. V. Conr. Horneius Dispp. Theolog. P. I. Disp. IV. Se&t. 4. p. 520. sq. Scherzerus Col-
D leg.

leg, Anti-Socin. Disp. I. p.3. sq. B. Michael Waltherus filius, quem Praeceptorem post fata veneror, in Disp. quae inscribitur: Iesus ante Mariam, Viteb. 1688. Principem facile locum inter hos obtinet hodie gens Socini, quae late se diffundens ac serpens Ecclesiam infestat, ut passim queruntur pii cordatique Ecclesia Doctores. Illa enim non satis habet, quod merum natura hominem faciat Christum, qui ante non existiterit, quam e Maria natus est, eoque aeternus ac supremus Deus haud sit; verum etiam satisfactionem, quae passionis & crucifixionis fructus est, & baptismi vim & efficaciam praefracte inficiatur, vt Hugo Grotius propterea Socinianos de albo christianorum delendos censeat. Notabilia sunt eius verba: *eos non modo non Christianorum, sed nec Haereticorum nomine dignor.* Quae enim ipsi docent, cum universali omnium aetatum atque gentium, fide pugnant, & Christianitatem (quantum ego intelligo) nomine retinent, re destruunt. Ita hos a Mabumetistis non longe separo, qui ne ipsi quidem Iesu maledicunt, apud Arrovysmith Taet. Sacr. p. 92. qui tamen ipse postea Socinianismo fauere cepit non obscure, a Martino Ruaro adductus, cuius eum triennio postiam insimulauit Sibr. Lubertus in Resp. ad pietatem H. Grotii p. 10. & alibi, & post hunc plures alii, B. Calouius passim in Bibl. illustratis, Nisanus Praef. Com. in Joh. vbi plures nominat, Osianer, Zieglerus, Boeclerus in Not. ad Ius Belli & Pacis, Rummetschius Histor. Theol. p. 214, seq. aliique plures. Vid. quae in eandem Grotii sententiam disputant Iosua Stegmannus in Photinianismo p.4. sq. Calouius Socinism. Proflig. p. 28. B. Scherzerus Colleg. Anti - Socin. p. 982. Huetius Demonstr. Euang. Defin. VI. p. 13. De Grotio tamen conf. Celeb. Schlichterus Dec. Sacr. L. p. 525. sq.

X. Profanae cultores sapientiae tanti faciebant se
etiae

Eiae suae magistros, vt omni studio eorum extollerent sapientiam & auctoritatem, maioresque facerent, quam revera essent. Pythagoram *Apollineui Hyperboreum*, Protagoram *σοφία*, Platonem *τεῖορ diuinum*, Apollinisque filium, Aristotelem *δαινόν sapientem* vocabant. Diogenes Laertius L. V. f. 2. & L. VIII. f. II. Menagius not. ad locc. citt. Epicurei vigesimum cuiuslibet mensis diem praceptoris suo consecrabant, quod eo ipso natum credebant, prætereaque in annulis, poculis & alibi passim exprimebant vt in oculis eum semper haberent. Laertius L. X. f. 18. & Menagius h. l. In Ecclesia veteri christiana sectarum conditores magna subinde iactarunt, & inuenierunt, sibi qui crederent, assertaque amplectentur, quod de Simone Mago, Menandro, Dositheo, Manete & aliis prodiderunt Ecclesiae annales. Horum aliquem si contigit impugnari, ora & calami discipulorum non minus prompta fuerunt ad depugnandum pro auctoritate magistri, quam subiectorum gladii pro maiestate Regis. Nostri autem, quos dixi, homines id omni agunt conatu, vt magistro suo, quem agnoscent ac profitentur, diuinam, quam habet, dignitatem, quantum in ipsis, admant, eum, & merita eius, extenuent, & in hominum nudorum fortem abiificant, quem diuino tamē adorationis cultu, non sine nota idolatriae, prosequuntur, B. Scherzerus l. c. p. 590-599.

XI. Verum hos, & qui hac in parte cum ipsis conspirant, ablegabimus ad *non-Christianos*, e quibus meliora & magis honorifica de CHRISTO testimonia audire queant. Non quidem opus est hoc argumenti genere ad afferendum honorem Christi ac diuinitatem. Sunt clarissima diuinae Scripturae oracula, quae vi & efficacia pollent abunde ad conuincendum animos mortalium, nisi volentes resistant, & obnitente conscientia in errore per-

seuerent. Sunt etiam manifesta Patrum testimonia, quae diuinitatem Christi summam atque aeternam loquuntur, nec solum post, verum etiam ante concilium Nicaenum conscripta, quae colligit ac vindicavit doctissimus Anglus, Georgius Bullus, in Defens. Fidei Nicaenae, conf. le Moyne Not. & Obseru. ad var. sacra p. 137. sq. Veruntamen haud omni id carebit fructu. Etsi enim non affectu quodam animique sententia de Christo talia dixerunt aut consignarunt; ab aliis tamen accepta, & vulgo credita, traditaque, retulerunt, vt quis illorum, qui Magistrum ac Seruato rem venerabantur Christum, de eo fuerit sensus ac fides, inde constare possit. Tum quoque in pudorem dare possint eos, qui Christi maiestatem diuinam extenuant, & tamen in eius nomine gloriantur. Atque si Seruator eos haud cohiberi voluit, qui in nomine ipsius demona eiiciebant, et si non sequerentur ipsum, Marc. IX. 38.39. nec illorum de Christo negligenda erunt testimonia, qui nomen ab ipso non habent, imo iure potius haec spolia ab ipsis repetentur, & in nostrum conuertentur vsum.

XII. Patres, praesertim Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Eusebius atque Lactantius aliquie saepe testimonia de Christo laudant veterum, qui ante natum eum vixerunt, & extra Ecclesiam Iudaicam, quae diuina ad nos de CHRISTO oracula transmisit, fuere constituti. Repetuerunt ea Augustinus Steuchus Eugubinus, Philippus Mornaeus, Mich. Waltherus pater, Tobias Pfannerus, alii. De nonnullis ante disquiremus, quid de iis habendum sit, quam ad eorum, qui post natum Seruato rem vixerunt, quod nostrum alioquin institutum est, progrediamur.

CAPVT

CAPVT SECUNDVM.
DE
TESTIMONIO SIBYLLARVM
ET ALIORVM ANTE CHRISTVM
NATVM.

ARGVMENTVM.

- I. Sibyllarum de Christo Deo oracula quaedam. II. Sibyllae acrosticibus Graeca; versio Latina Augustini, Opsopaei, Castellionis, Christopborsoni, Io. Langii, Germanica Neringii. Propter eam beata praedicatur Sibylla. III. Multa disputantur de Sibyllis et earum oraculis. Autores, qui de Sibyllis scripsierunt. IV. Num Paulus ablegarit ad Sibyllas? Patres multa scripturae dicta laudant, quae nusquam existant. V. Quo sunt clariora de Christo Sibyllarum oracula, eo magis suspecta sunt. VI. Oracula ista clariora num a Iudeis profecta? Ita Is. Vossius. Non videtur. Prophetarum oracula non tam clara, quam Sibyllina: responderur ad loca Scripturae, quae obiiciuntur. VII. Oracula Sibyllina mixtum corpus, ex gentilium, Iudeorum & Christianorum versibus constans. Probatur de gentilibus. VIII. De Iudeis. Frequentes fuerunt per Romanas provincias. A prima conflagratione templi, & iam ante inter Graecos. exularunt. Fidei suae dogmata non celarunt, imo scriptis prodiderunt: neque Poësin neglexerunt. IX. Christiani addiderunt quaedam: dicti hinc sunt Sibyllistae. Quo tempore sint ea conficta, definiri nequit. X. Acrosticibus a Christians conficta. Ciceroni haud cognita fuit. Praebuit occasionem configendi Sibyllinam. Seculo IV. primum innotuit. Lactantius versus quosdam ex ea laudat. Eam non

non vidisse videtur. Acrosticis χριστούς, non χριστός exhibet. XI. Sibylla num de Rege sit vaticinata de sententia Ciceronis? Spiritus Sanctus suggestit Psalmos secundum literarum ordinem, non tamen acrosticida. XII. Fama de rege orbis nascituro isto tempore cognita inter gentes fuit. Testimonia Taciti & Suetonii. Iudeis exprobatum fuit exilium. Ii spe Regis nascituri se erexerunt. XIII. Sibylla Erythraea non tantam babere potuit. Graecae linguae peritiam. Linguae suas habent aerates. Vaticinia de Christo primum obscura cum tempore edita sunt clariora. XIV. Scripturae loca, e quibus acrosticis compilata possit videri. Formulae Scripturae S. alicubi occurserunt. XV. Virgilii testimonium de Christo. XVI. Qui de Christo id interpretentur. XVII. De Hesiodi aetate aurea redditura canit Poeta. M. Marcello, Octaviae filio, ecloga IV. dedicata. Summae spei adolescens praemature obiit. Dubia contra hanc sententiam. Respondeatur. An in honorem Drusi? Virgo redditura est iustitia. XVIII. Virgilius num Sibyllae oraculum accommodari Augusto? Carmen Cumanum est Hesiodi, Cumis nati. Ex eo felicitatem temporum Poeta descripsit. XIX. Socrates de nouis Diis accusatus, damnatus. Per nubes quem Deum intellexerit? XX. Αγρωστος Οὐας Athenis. Integra aerae inscriptio. Num verus Deus fuerit cultus? an Pan? quis Pan secundum Socratem? an Dei filius? XXI. Gentiles sapientiores cognoverint vanitatem multitudinis Deorum, quam auxerunt Homerus & Hesodus. Verum Deum non cognoverunt. Αγρωστοι coluerunt sive certa de eo notionē. XXII. Pan Socratis quis? idem quod sermo. Non cogitauit mysteria diuina. Historia de magno Pane mortuo suspecta. XXIII. Iustinus M. Socratem cum Abrahamo comparat. Hic non agnouit λόγον Dei filium. Patres benignius sentiunt de gentium sapientibus.

pientibus. XXIV. Zeno non agnouit λόγον, Dei filium, vt putant nonnulli patres. Diuersus est λόγος Iohannis. A Iudeis in Aegypto Graeci quaedam didicerunt. XXV. Apollo num sit testis de Christo? oraculum Augusto datum de puerō Ebraeo. XXVI. Oracula non merae fraudes: nec nulla fuerunt daemonum responsa. Ancilla vates tempore Apostolorum. Apollinis responsū dubium: a Christiano suppositum. XXVII. Oraculum Augusto datum paribus est incognitum. Augustus eo tempore in Graecia non fuit. Ara primogeniti Dei ignoratur a christianis & gentilibus. XXVIII. Ex cultu Ecclesiae scire potuit ea daemon. Didicit plura ex euentu. Christus non indiget daemonis testimonio. Non desiere oracula post C. N. XXIX. Nullum existat genuinum testimonium de Christo apud gentiles ante C. N. XL. Platonis de iusto testimonium velut de Christo laudatur.

I.

Decantatissima sunt oracula Sibyllarum, quae saepissime laudant antiquissimi Patres, Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Laetantius, Augustinus, & alii, & aduersus gentiles vrgent, vt suis eos testimonii contuincant, christianamque religionem nouam non esse demonstrent. Octo ea libris versibus descripta Graecis hodie exstant, quae carmine heroico exposita sunt a Seb. Castalione, edita Basili. 1546. recusa Helmstädiī clo. ICLXXXIII. 4. & in germanicā Linguam a Io. Christiano Nehring huius seculi initio translata, quorum altera editio prodiit Halae, 1719.8. Praemissa est introduc̄tio in oracula Sibyllarum, seu historica de iis narratio, in qua post alios ea probat ac vindicat. Nouissime pro vera prophetia habuit ea Wisthon, Acta Erudit. 1728. p. 120. 123. Merito autem ea improbat I. A. Fabricius Bibl. Graec. L. I. c. 33. Collegit atque excerpit ista loca,

loca, quae de Christo, & rebus Christianis agunt, & cum Proteuangelio Iacobi atque aliis apocryphis recudi fecit Mich. Neander, vir in omni genere doctissimus, Basil. 1564. 8. teste viro Celeb. I. A. Fabricio, Bibliothe. Graec. L. I. c. 32. p. 199. conf. eiusd. cod. Apocryph. p. 66. Nos ea proferemus in medium, quae eo pertinent, vt Iesum *Deum Deique Filium* declarant. Ita vero Laetantius L. IV. c. 6. *Sibylla*, inquit, *Erythraea in carminis sui principio, quod a summo Deo exorsa est, filium Dei ducem & imperatorem omnium bis versibus praedicat:*

τανταριφον κλισιδοσις γλυκο πιευμα απασι
κατθετο, χ' ιηγηρα θεων παντων εποιησ.

Et rursus in fine eiusdem carminis:
αυτον ιδωκε θεος πιεσις ανδρασι γεραισιν.
Et alia Sibylla praecipit, hunc oportere cognosci:
αυτον εον γινωσκε θεον Γεσον ειναι.

Versus duo primi leguntur in Prooemio Oracul. Sibyllin. p. 12. ed. Seruat. Gallaei, Amstel. 1689. Minus recte autem vox prima habet *πατατεφον*, quae, vi accentus eum significat, qui ab omnibus nutritus est. Latine sic redduntur:

Conditor, omnia qui nutrit, cunctisque suauem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes.

Tertius versus, quod ait Laetantius, ibi non legitur, qui exponi possit:

Hunc posuit numen sanctisque viris reverendum.

Quartus in Lib. VIII. p. 745. occurrit, & τον pro τον legit, & ab Augustino etiam in Orat. contra quinque haereses, teste Gallaeo, aduersus paganos & Iudeos adhibetur; Latine sic redditur.

Hunc agnoscere tuum numen de numine natum.

Ea

Ea his in versibus tribuuntur Christo, quae summa sunt, dum conditor & conseruator omnium, qui a fidelibus coli & adorari debeat, qui sit Deus, Deique filius appellatur. Similia & alibi existant. Sic Lib. I. Orac. p. 178. legimus:

Σο δε ειν φρεσι σησι νέσου
Α' θεαντο θεύ χρισι παιδί ωψισοι,

Αυτος ελπεσει δε θεον νόμον, ε' καταλύσαι.

tu vero mente teneto

Aeterni natum Christum, summique parentis,
Ille Dei legem complebit, non violabit.

Et non multo post receperintur miracula, fere eo ordine & ratione, vt describuntur, Matth. XI. in Christi sermone ad Iohannis ablegatos. Et L. VI. fin. p. 652.

Ω ξύλον, α μαχαρισὸν, ἐφ' ὁ θεος ἔξελανθη
Οὐχὶ οἱ εἰς χθῶν, αλλ' ἐρανὸν οἴκον ἔσοψε
Ηνίκας ατράψῃ τὸ γῆν θεος ἐμπορος ὄμμα.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit,
Nec te terra capit, sed coeli tecta videbis,
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Quorum versus primus laudatur a Sozomeno, H. E. L. II. c. I.

II. Luculentum imprimis censetur Erythraeae, vel Cumanae potius, vt vult Augustinus, testimonium, acrostichide comprehensum, cuius literae initiales haec nobis verba exhibent:

Ινστος χριστος θεος υδε σωτηριος αυτος, Iesus Christus Dei Filius
Seruator Crux, quae apud Eusebium legitur, in vita Constantini L. V. c. 18. & in L. VIII. Oraculorum Sibyllinorum, p. 723. Augustinus etiam refert eandem, sicut eam

E

quidam

Oūtōc ὁ ἦν προχρήσις ἀναγεγράπτων θεῶν μηδέ,
Σωτὴρ αὐτῶν τόπον εἰπεῖν εἰς μηδὲν.

Latina interpretatio apud Augustinum haec est, quam
etiam Venerab. Beda repetit:

- v. 5. *Iudicii signum, tellus sudore madescet.
Ex quo rex adueniet, per secula futurus,
Scilicet in carnem, praeiens ut iudicet orbem.
Vnde Deum certe in incredulus atque fidelis.*
- v. 10. *Celsum cum sanctis, aequi iam termino in ipso,
Sic animae cum carne aderunt, quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis,
Reiiciunt simulacra viri, cunctam quoque garam:
Exuret terra ignis, pontumque polumque.*
- v. 15. *Inquirens terri portas, effinget auerni.
Sanctorum sed enim cunctae lux libera carni
Tradetur, fontes aeterni flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quisque loquetur
Secreta, atque Deus reserabit pectora lucti.*
- v. 20. *Tunc erit. & luctus, stridebunt dentibus omnes,
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris,
Soluetur coelum, lumenque splendor obibit,
Deiiciet colles, valles extolleat ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime, vel altum.*
- v. 25. *Iam aequantur campis montes, & coerulea ponti,
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes, torrentur, fluminaque igni,
Sed tuba tunc sonoram tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum, variisque labores,
Tartareumque chaos monstrabit terra debiscens,
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum
Decidet e coelis ignisque & sulphuris annis.*

Variae

Variae occurruunt lectiones quaedam, quas dabunt Seruatus Gallaeus, l. c. & Lud. Viues ad loc. cit. Augustini. Interpretatio quae L. VIII, p. 223, Oraculorum Sibyllinarum legitur, & Ioannis Opopoei est, ita habet:

- Judicii signum tellus sudoribus edet,
Ex quo polo veniet rex tempus in omne futurys,
Scilicet ut carnem omnem, ut totum iudicet orbem.
Vnde Deum fidem diffidentesque videbunt;*
- v. 5. *Summum cum sanctis in seculi fine sedentem,
Corporum animas hominum quo iudicet, olim,
Horrebit totus cum densis vepribus orbis,
Retincent & opes homines, simulacraque cuncta,
Exuretque ignis terras, coelumque, salumque.*
- v. 10. *Incendetque fores angusti carceris orci.
Sanctorumque omnis caro libera reddita, lucem
Tunc repetet: semper cruciabis flamma scelestos,
Utque quis occulte peccauerit, omnia dicet,
Sub lucemque Deus reserabit pectora clausa.*
- v. 15. *Dentes stridebunt, crebrescent undique luctus,
Et lux deficiet solemque, nitentiaque astra,
Involvet coelos, & lunae splendor obibit,
Fossas attolleret, iuga deprimet ardua montes,
Impedieretque nubil mortales, amplius altum,*
- v. 20. *Longa carina fretum non scindet: montibus arva
Ipsa aequabuntur: nam fulmine torrida tellus,
Vnaque & siccifontes, & flumina hiabunt,
Sidereisque sono tristi tuba clanget ab oris,
Stultorum facinus moerens, mundique dolores.*
- v. 25. *Et chaos ostendet, & tartara, terra debiscens,
Regesque ad solium sistentur numinis omnes,
Vndeque de celo fuerit ignea sulphure mixta,*

E 3

Atque

Atque omnes homines signum praesigne notabit,
Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis.
v.30. Oppositus mundo casus, sed vita piorum,
Respergendo lauans duodeno fonte vocatos,
Compescerque pedo ferrata cuspide gentes.
Rex tibi nunc nostris descriptus in ordine summe
Versibus, hic noster Deus est, nostraeque salutis
v.35. Conditor aeternus, perpeccus nomine nostro
Sincera hunc Moses expressit, brachia tendens,
Sebast. Castellionis interpretatio hanc exhibit acrostichidem:
IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVA-
TOR CRVCI, cuius rationem dat annot. p. 102.
Ceterum eadem, quae Optopoei.
Iudicii signum tellus sudoribus edet,
Ex que polo veniet rex tempus in omne futurus,
Scilicet ut carnem omnem, ut totum iudicet orbem.
Vnde Deum fidi diffidentesque videbunt
Summum cum sanctis in secli fine sedentem,
Corpororum animas hominum quo iudicet, olim
Horrebit totus cum densis vapibus orbis.
Reiicit et opes homines, simulacraque cuncta,
Exuretque ignis terras, coelumque salumque,
Incendetque fores angusti carceris orci.
Sanctorumque omnis caro libera reddit, lucem
Tunc reperet: semper cruciabit flamma scelestos.
Urque quis occulte peccauerit, omnia dicet,
Sub lucemque Deus reserbat pectora clausa.
Dentes stridebunt, crebrescent vndique luctus,
Et lux deficiet solemque nitentiaque astra,
Inuoluer coelos, et lunae splendor obibit:
Fossas attoller, iuga deprimit ardua, montes
Impeditque, nibil mortisibus amplius alcum.

Longe

Longa carnia fretum non scindet: montibus arua
Ipsa aquabuntur: nam fulmine torrida tellus,
Unaque et siccii fontes, et flumine hiabunt.
Sidereisque sono tristi tuba clanget ab oris,
Stultorum facinus moerens, mundique dolores,
Et chaos ostendet, et tartara, terra debiscens,
Regesque ad solium sistentur numinis omnes.
Vndaque de coelo flet ignea sulphure mixto,
Atque omnes homines signum praesigne notabit,
Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis,
Oppositus mundo casus, sed vita piorum,
Respergendo lauans duodeno fonte vocatos,
Compescerque pedo ferrata cuspide gentes.
Rex tibi nunc nostris descriptus in ordine summe
Versibus, hic noster Deus est, nostraeque salutis
Conditor aeternus, perpeccus nomine nostro,
Integra quem Moses expressit, brachia tendens.

Christophorsoni interpretatio haec est:

Judicis aduentu magni sudore videbis
Emanare solum. Tunc rex aeternus ab arce
Syderei praesens carni ius dicet, et orbis,
Ut spectare Deum pia gens, atque impia posse,
v.3. Sublimem carno humana sanctaque catena
Cinctum, supremoque homines, qui iudicis aeuo,
Haec erit omnis humus vepres et trifillis arena.
Rescident simulacia homines astrisque repellentes,
Incendentesque aude terram, mare, sydera, flammæ.
v.10. Stabunt funerum sub apertum corpora lumen,
Tetraqque mens, et sancta illo splendore patet.
Voce latens facinus, quod gesse, quisque loquetur;

Subdola

Subdolaque humani pandentur pectoris antra.
 Dira mali facies, paucor vndeque. O zndique Iustus:
 v. 15. Et iubar inuoluerit solis, stellasque tenebrae,
 Iam vaga Iabetur Phoebe, ruet ardus aether.
 Ferre caput valles, disiectis alpibus, imas,
 Iusserit: humanum culmen fastigine iacebit.
 Latèque planities montes aequabit, O altum,
 v. 20. Intactum rate stabit, O uident fulmina terras,
 Vna deficiet flagrans cum fontibus amnis.
 Stridula de coelo tuba fundet lugubre murmur,
 Supremumque orbi canet exercitabile carmen,
 Et subito stygium chaos apparet hiatu,
 v. 25. Regnanteque Dei celebrabit turba tribunal.
 Vndaque sulphureae fluet alto ex nethere flammæ.
 Afflabit mortale genus igne coruscans,
 Trabs sancta, in reftis animis optabile robur,
 Omnibus una piis vitae melioris origo:
 v. 30. Rursus pesani dolor, atque offensio mundi,
 Collustrans vndis duodecim in fonte fideles.
 Regnabit late pfectis ferrea virga,
 Unus O aeternus Deus, hic seruator O idem,
 Xristus pro nobis passus, quem carmina signant.

D. Io. Langii interpretatio sequens est:

Iudicii metuēt sudans præsgia tellus;
 Et rex aeternus magno descendet olymbo
 Sublimis, carnem mundumque ut iudicet omnem.
 Vnum suspicent Numen prauique bonique
 v. 5. Summum supremo cum sanctis tempore mundi.
 Carnifer ille hominis iudex inquiret in omnes,
 Horrida terra vias coeli spinaque tenebunt;

Reiicient

Reiicient simulacra viri gazarisque repostam,
 Ille domus coecas O Ditis clausira refringeret,
 v. 10. Sanctior a mortis iam nexu libera lucem
 Turba hominum cernet, scelerosos flamna piabit
 Vlerix perpetuum. Mala quæ - quis - cunctæ patrone
 Sontica suppressaque diu, producit in auras.
 Detegit O furoris Deus obsita corda tenebris,
 v. 15. Eruunnae O stridor dentis regnabit ubique.
 Ipsum deficiet solis decus, astra colore
 Fusco obducentur, argentea luna peribit:
 Insurgent valles, confident cornua monte.
 Luxus sublimis mortales deseret oras,
 v. 20. Immensos colles, aequabunt marmora campi.
 Veliuago nulli cernentur in aequore nautæ:
 Succendet terram fulmen, vaga lympha vapore
 Solis, arescit ripis, fontesque debiscent,
 Et tuba de coelo tristis clangore sonabit
 v. 25. Raucisono mundi clades pereuntis acerbas,
 Vastum terra chaos stygio monstrabit hiatu.
 Atque Dei folio fistulat iudicis omnis
 Turba ducum. Regumque: pluet tum sulphure O igni,
 Omnibus exstabunt ligni vexilla verendi
 v. 30. Robur O auxilium populo exceptata fidelis
 Certa pio generi vitae: ast offensa malignis.
 Rore bonos lustrans bis seni fontis ab unda
 Virgaque qua pecori dat ferrea iura magister.
 Carminis auspiciis, qui crimina morte piabit
 v. 35. Sermator, Rex aeternus, Deus ipse patescit,

F

Exstant

Exstant quoque tres Germanicæ versiones, quarum prima est D. Io. Habermannii, quae exstat in libello; qui prodidit Lipsi. 1616. cuius est titulus: Vita Christi. & Apostolorum, p. 53. sq.. Altera est Euerh. Guern. Happelii, quae legitur Thes. T. II. p. 451. Tertia est Perreui. Io. Christiani Neringii, in den Sibyllinischen Prophezeihungen, p. 376. sq.. quae hanc exhibet acrostichidem Jesus Christus Gottes Sohn Heiland, quam hic subiungemus:

Im Schweiß wird sichn die Erdt als des Gerichtes Zeichen,
Ein König in die Welt kommt aus des Himmels Reichen,
Sein groß Gericht wird bald in aller Welt ergehen;
Vind es wird störrn und böß Gott selbst den Höchsten sehn;
Samt seinen Heilgen; wann man letzte Tag wird zehlen,
Kömmt er auf seinen Stuhl, daß Er der Menschen Seelen
Richt, da die ganze Welt in Wüst und Heck verkehret.
In Schmach wird sehn der Gött den Reichtum niemand
ehret.
See, Erdt, und Himmel wird vom Feur durchsucht; ver-
brennet.

Teaun, es entzündt die Thor des Hades. Wer bekennet
Gott seinen Herrn, der wird ans Licht hervor genommen,
O! ewig Feuer wird auf die Gottlosen kommen.
Treibt jemand heimlich Sünd, da wird er alles beichten.
Traurig, das dunkle Herz wird Gott mit Licht erleuchten.
Es klappern ihre Zähn, man höret Klag und Wehen,
Sonn und den Sternen wird ihr heller Glanz vergehen;
Selbst Gott den Himmel rollt, des Mondes Schein
vergehet.

Ohn Höh macht Er die Berg: Die Thaler Er erhöhet:
Höh, die beschwerlich, wird man nicht bey Menschen
führen,
Nun werden Berge gleich den Helden, man wird führen
Hin-

Hinfort kein Schiff aufs Meer. Die Erde wird versiegen.
Ein Donner, und kein Brunn, noch Strom wird Wasser
zeigen.

Ia durch Posaunen wird vom Himmel Klag erschallen,
Leidtragend, daß die Welt durch ihren Greul gefallen.
Alsdenrden Tartarus ein Erden Spalt wird zeigen,
Nachmahls die Könige sich vor Gott auch werden beugen,
Dann wird ein Schwefel Strom mit Feur vom Himmel
fließen.

Hanc ob acrostichidem Eusebius ~~paracras~~ beatam praedicat Sibyllam; & Augustino in eorum ea numero depuranda videtur, qui pertinent ad ciuitatem Dei. Genuinam agnoscit, ut reliqua oracula post Betuleum, Castalionem & alios, Neringius, de Sibyll. orac. §. 29. p. 31. 378.

III. Longum opus, longa disputatio foret omnia
hic exquirere, quae de Sibyllis disputari solent, vnde vi-
delicet nomen Sibyllæ habeant; una, an plures, & quot
illarum, quatuor, sex, an decem fuerint; quo tempore,
& ubi, floruerint; vnde vaticinandi habuerint donum;
num furore agitatae fuderint oracula; num ipsae ea de-
scriptiverint, an alii excepérint; quae fuerint earum vatici-
nia atque oracula; quibus de rebus vaticinatae sint; vtri
Tarquinio, Prisco an Superbo, Romanorum regi, oblata
fuerint; quibus cognita fuerint atque perspecta; quam-
diu superarint; num sint combusta cum Capitolio; num
collecta post conflagrationem Capitolii eadem fuerint,
quae ante habuerunt Romani; vnde genuina a falsis, Au-
gusti mandato, potuerint discerni; num Patres habuerint
genuina; num hodieque superent; num quae hodie le-
gitimus, eadem & Patres habuerint; an interpolata sint;
num Hermas ea supposuerit, & quae sunt eius generis
alia complura. Integri in hanc rem legi possunt libri at-

que tractatus, quos dederunt lo. Aizma, Daud Blondelius, Robertus Boyle, Franc. Collius, Io. Crassetus, Seruarius Gallaeus, Georgius Greenius, Mich. Hoynonius, Io. Marckius, Onuphrius Panuinius, Petr. Petitus, Thom. Reinesius, Dan. Clasenius, G. Guil. Kirchmayerus, Io. Reiskius, Erasmus Schmidius, Eduardus Simson, Isaacus Vossius, Tobias Wagnerus, ut taceamus eos, qui data occasione suse satis de Sibyllis agunt. Ordine hos enumerauit celeb. I. A. Fabricius Bibl. Graec. L.I. c.XXXIII. §.22. qui & summam ex iis exhibit atque diiudicat inde a cap. XXIX. conf. Calouius Ifag. ad Theol. p.153.sq. Micraelius Syntagm. H.E. p.43. Lambeius prodr. Hist. Literar. p.20. Vossius de poet. Graec. & Latinis c. l. Henr. Scharbau Iudaism. detect. p.126. Henr. Kippingius Auctar. ad Histor. Ecclesiast. Pappi p. 78. sq. Herm. Frid. Brauns in Nodo Gordio aenigm. Sibyllin. Nos omissis omnibus de iis tantum breuiter disquiremus, de Christo quae sunt allata, atque huc proxime facientes.

IV. Producantur sane partes antea nominati ad Sibyllas, & si Clementem Alexandrinum audimus, Strom. VI. p.636. Pauli Apostoli hoc fecerunt iussu & auctoritate. Ita enim scribit: ορκώσι τοὺς τῷ πετρῷ κηρύγματι διατολοῖς λέγων παῦλος. λέβελοικοι ταῖς ἐλληνικαῖς βίβλαις. επιγνωτε Βίβλου, οἷς δηλοῖ οὐα θεόν τοι μέθοντα ἴστεθατ. Praeter Petri praedicationem declarabit Paulus Apostolus, dicens: Libros quoque Graecos sumite, cognoscite Sibyllam, quomodo unum Deum significet, & ea, quae sunt futura: & Hydaspen sumite, & legit, & inuenientis Dei filium multo clarius & apertius esse scriptum. Sed frustra quis haec vel in Actibus Apostolorum, vel in Pauli Epistolis quaesierit. Is. Vossius respondet: frustra quaerunt, ubinam hoc dixerit Paulus, ac si nihil dixisset, que scripsisset apostolus, nisi quod indolis placeat.

ceat. Sufficiat nobis, affirmasse hoc Clementem, virum sanctum, & cum multis Apostolicis viris conuersatum, ut non uno loco ipse de se testatur, de Sibyllin. Orac. c. VI. p. m. 57. Pauli testimonium, Clementis industi auctoritate, laudant etiam Sixtus Senensis, Bibl. S. p.113. Crasset de Sibyll. p.91. 96. nouissime Neringius, loc. cit. §.50. Facile concedi potest, plura dixisse Paulum, quam scripsit in epistolis: neque illud magnopere negauerim, Paulum in disputationibus cum Paganis ad Philosophos eos remisisse, cum de vno disputauit Deo, siquidem Arati testimonium laudat, Actor. XVII. 28. & ad Cretensem vatem, Epimenidem, prouocat, Tit. I.12. Sed Sibyllae eum commendasse oracula nondum hoc ipso euincitur, quae si commendare voluisset, optima fuisse occasio, cum ad Romanos scribit, & de cognitione Dei disputat, c.l. 18.sq. Siquem nominasset Clemens Apostolicum virum, qui audisset ista ex Apostolo, maiorem inueniret fidem, neque sic satis tam, cum & iste possit fallere. Hinc purum segmentum nominat Gallaeus, quod de Paulo scribit Clemens Alexanderinus, quo de arguento copiose agit Dissert.de Sibyll. p.287.sq. Dannhavverus inter maculas & stipulas Clementis hoc ipsum refert, quod Sibyllina carmina nimis admittetur, Hist.Eccles.trisecl.p. 336. cf. Hottingeri Pentas Diss. p.115. Idem Clemens paulo ante Petro tribuit, quae nusquam eum dixisse, vel scripsisse legitur. Sic enim scribit: dicit Petrus in praedicatione: cognoscite ergo unum esse Deum, qui fecit omnium principium, & finis habet potestatem, & qui non cadit sub aspectum, qui omnia videt: qui cum capi non possit, omnia capit, nullius indigens, cuius indigent omnia, & per quem sunt omnia, qui comprehendendi non potest, aeternus, ab interitu alienus, non factus, qui omnia fecit verbo virtutis, suae scripturae, inquam, cognoscens, hoc est, Filius. E 3 Nimi-

Nimirum Patres ex ingenio saepe scribunt, quae se legisse in scriptis diuinis arbitrantur, modo causae suae inferuant, quod sigillatim de Clemente Alex. obseruat B. Ictigius, arbiter causae maxime idoneus, Hist. Eccles. sec. II. sect. XI. f. 10, II. 12. vel etiam incidunt in subdita Apostolis scripta, cuius generis plura isto tempore fuerunt. Atque hinc est, quod dicta scripturarum complura, veteribus laudata, hodie desiderentur, quorum ex Clemente Alex. Justino Martyre, Lactantio & aliis posset fieri collectio, quomodo Io. Ern. Grabijs dicta quaedam Christi collegit, quae in Evangeliorum libris non exstant, sed apud Barnabam tamen, Clementem Ramanum, Justinum Martyrem & iarios habentur, in Specielegio SS. Patrum. Taceo, quod scripturae aduersum sit, cum verbum virtutis, Scripturum cognoscentem, & vix filium Dei pro iisdem haberet Clemens. V. Io. Reiskius vaticin. Sibyllin. c. 12.

V. Quod vero ad ipsa attinet oracula, breuiter obseruamus, quod quo clariora ea sunt de Christo, eo magis suspecta sint, non esse profecta. Sibyllis, nec in iis locum habuisse, quae sunt oblata vel Tarquinio, vel post eorum cum Capitolio conflagrationem, quae an. V. C. 13CLXXI. contigit, xx. annis ante Ciceronis consulatum, Cic. Orat. Catil. III. c. 4. Erythrīs & alibi per Asiam, variisque Graecorum vrbes, Angustimandato, collecta sunt iterum. Neque enim in veteris instrumento Foederis, quod Iudeis reliquit Deus, tam clara de Christo reperiuntur oracula, cum tamen singularis gentis istius fuerit praerogatiua, quod oracula ei sua sic panderit Numen, ut nulli fecit nationi alii, P. C. CXLVII. 20. & prae ceteris custodienda dederit, Rom. III. 2. quod dici non posset, idem si Numen afflasset Sibyllas, & tam clara suggestisset de Christo, mundi Seruatore, oracula. Non itaque calculum

culum addere possū sententiae celeb. Viri, G. G. Kirchmaieri, cum statuit, quae de Christo habentur in Sibyllarum oraculis, neque Hebreorum, neque fama, neque diaboli instinctu, verum coelesti aliqua vi ac numine plane singulari perceptum vates habuisse, & ad Bileam & Caiphae exempla prouocat. Vid. Epist. ad G. Casp. Kirchmaierum p. 218. Vaticinia de rebus ciuilibus quin auctore Deo edita fuerint subinde & inter gentes, vix habere videtur dubium, cum exempla Benhadadi & Hasaelis, regum Syriæ; quorum alteri mors, alteri regnum praedictum fuit; Regis Niniuei, per Ionam admoniti; Nebucadnezaris & Bellazeris, regum Babylonis; quorum alter imperiorum successionem, alter exitium per Danielēm cognovit, & aliorum, Sacra Scriptura commemoret; & mirandi nonnunquam euentus maximi momenti rerum praesignificati, quae diximus, confirmare videantur. Sed tam clara de Christo oracula fuisse edita; haud est verisimile, neque si factum fuisse, Apostolus potuisse dicere; quod gentes Deus suis in viis ambulare siveuerit, vt tamen se demonstrauerit, annoam; & quae ad viatae commoditatem faciunt, largiendo; Act. XIV. 16. 17. Vid. D. Feustking Gyn. Fan. p. 93; Act. Erudd. Germ. Tom. I. p. 156. sq. 1014. sq.

VI. Dicat aliquis, a Iudeis ista profecta fuisse oracula, quae sub nomine Sibyllarum, quod eārum magna esset apud gentes auctoritas, prodiderint; eoque haud esse mirum, quod clarior exstet in iis rerum diuinarum manifestatio; cum ex Prophetarum oraculis cognita haberint veri numinis mysteria; in primis regem, Seruatorem orbis, nascitorum. Est haec fere sententia Isaaci Vossii, quam exposuit in Libello de diuinis oraculis, & praeferit in Cap. III. & IV. cui praeiuit H. Grotius, in Matth. II. quam peculiari libellò sibi confutandam sumpsit vir doctissimus; Io. Reiskius

kius, in Exerc. de vaticiniis Sibyllinis, Lipf. 1688. cuius summam exhibit Tenzelius Colloqu. Menstr. 1689. p. 304. Concedamus hoc, a Iudeis, qui inter gentiles degerunt, quae-dam profecta fuisse, quae inter oracula Sibyllarum a Patribus lecta fuerunt; insuperque & hoc demus, oracula Prophetarum de Messia per sacerdotes atque Leuitas fuisse vberius exposita & declarata: at vero tanta existimari non potest oraculorum claritas, quanta hodie deprehenditur. Neque enim vaticinia canuntur, sed Historiam magis & rem gestam referunt. Et cur inter gentes ea prodidissent mysteria diuina, & non inter suos, & in Dei populo, vel Sibyllae, vel ipsi Prophetae? Erant hodie christiani doctores e typis & figuris Testamenti Veteris non sine multo studio, quae clare distineteque in oraculis Sibyllinis habentur. Aeternis temporibus absconditum mysterium manifestatum quidem fuit per Prophetas: sed ab Apostolis demum *γνωστόν δεclaratum*, clareque praedicatum est, Rom. XVI. 26. Nec *χρόνος τῆς ἀγνοίας tempora ignorantiae* posset Apostolus appellare, si tam clare de Christo gentibus Sibyllae oracula reuelassent. Oracula Iacobi Patriarchae, Gen. XLIX. & Bileami, Num. XXIII. unde magi haussisse censemur, qui Christum venerunt adoratum, & Danielis Hebdomades, ad quae prouocat Vossius, tam clara non sunt, vt inde potuerint enasei, cum in tam clara Euangelii luce existant, quae de Christo Messia ista agere oracula peruidere nequeant, aut nolint. Magi nec solo Bileami vaticinio, nec inusitata stella fuissent commoti facile, nisi interior accessisset quaedam reuelatio. Hebdomades Danielis non cum expugnatione templi, sub consulatu Ciceronis a Pompeio facta, suum habuere complementnm; neque enim desiere sacrificia: sed cum Vespasiani potius vastatione, quod argumentum vberius Theologi & sacrorum interpretes perseguuntur, cf. Perreu. Scharbau in Iudeo detecto p. 126. sq.

VII. Ego quidem sic censeo, & ita animum induco, oracula quae hodie leguntur sub Sibyllarum nomine, tripli-ci constare carminum genere, mixtumque esse corpus tum ex iis, quae Erythris & alibi, post prima combusta cum Capitolio, fuere collecta; tum ex-iis, quae Iudei inter gentes dispersi, veri Numinis cognitione & promissione Messiac imbuti, siue ipsi, siue proselyti, in versus redegerunt; tum ex iis, quae christiani ex Euangelii historia attexuerunt. Ex antiquioribus, quae dixi, superesse quaedam, vel Deorum nomina, & alia, quae vel ad sacra pertinent paganisni, vel ad Romanorum statum, docere queant. Et quanquam Augustus libros *Sibyllinos condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi*, Sueton. in V. c. 31. nec ad eos patuit cuique aditus; in manibus ea tamen erant aliorum, vnde collecta fuerant. Tacitus L. VI. Ann. c. 12. scribit: *post exustum sociali bello Capitolium, quae sitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam, & Italicas colonias carminibus Sibyllae, una seu plures fuere; datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimuirum is liber* (Sibyllae, quem Caninius Galius recipi inter ceteros eiusdem vatis postulauerat) subiicitur. Eadem fere repetit Lactantius L. I. c. 6. & ex Fenestella nominat triumuiros, eam in rem missos, & dicit, quod descriptos a priuatis versus circa mille Romam deportarint. Ex his facile est colligendum, quod in manibus priuatorum manserint Sibyllarum iactata receptaque oracula, & quod subinde alia pro Sibyllinis fuerint venditata. Cellar. antiqu. Rom. c. I. Se^ct. II. §. 3.

VIII. Iudaica quaedam ex Prophetis diuinisque Scripturis deprompta immista esse, vel ea fidem fecerint, quae redolent cognitionem reuelationis, & a Patribus citantur. Erant enim Iudei inter gentes dispersi, nec facile prouincia

Romana tum fuit, vbi non exularent, suaeque gauderent religionis immunitate. V. de cœta Romana & Asiatica pro Iudeis, quae Iac. Gronouius collegit, & Iosepho restituit, edita Lugd. Batau. c. 10 ccxii. Testimonia in hanc rem ex Aegidio Bucherio adduxit Vir Cl. W. E. Tenzelius, in Colloqu. Menstr. an. 1689. p. 308. sq. 1255. sq. quibus addo luculentum ex Ciceronis oratione locum pro L. Flacco, cui nonnulla inseruit, quae ad Iudeos pertinent. Ita vero ille: *cum aurum Iudeorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris prouinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edictum, ne ex Asia exportari liceret, n. 67.* Vbi dilerte ex omnibus Romanorum prouinciis Hierosolymam pecunias fuisse missas, ad sacrificia videlicet, vt mos erat Iudeis, scribit, quod ne ex Asia fieret, L. Flaccus, Ciceronis in Cilicia successor, prohibuit. Per varias Iudei regiones, imprimis in Asia, fuerunt dispersi inde a conflagratione primi templi, & a Phoenicibus, Tyriis atque Sidoniis, Ioeли iam tempore, Iauanis, hoc est, Iaonibus seu Ioni- bus, hoc est, Graecis venditi fuerunt, vt procul patria remouerentur, Ioe. III. 4. 6. Neque raros tum Romae fuisse Iudeos, cum perquisita fuerunt Sibyllina oracula, verba docent Ciceronis in dicta oratione: *scis, quanta sit manus Iudeorum, quanta concordia, quantum valeat in concionibus;* & paulo post nominat *multitudinem Iudeorum, flagrantem nonnunquam in concionibus,* vbi characterem, quem vbi tenuerunt in causa religionis, describit. Habita est oratio an. V. C. DCXCIV. eoque quatuor annis post consultum Ciceronis, captamque a Pompeio Hierosolymam, cuius in Iudaica sacra religio Ciceroni fuerat obiecta, & XVI. post collectionem oraculorum, a triumuiris factam, annis, quo tempore & Romae, & per prouincias Romanas plures iam fuisse Iudeos vero est persimile. Iudei igitur, qui Romae

Romae tum erant, cognito Senatus consilio de conquirendis Sibyllarum oraculis, facile subornare fratres potuere suos, vt in versus capita quaedam redigerent, quo Sibyllarum nomine suae historiae ac religiosis dogmata insinuarent, maioremque obtinerent immunitatem. Et sine dubio legati Romanorum cognouere, quod Iudei oracula vatum iactarent, & inter sacra sua legerent in Synagogis, quas intrare gentibus, vt hodie, non erat prohibitum, id quod ab antiquo tempore factum, ait Paulus, Actor. XIII. 27. eoque curiosius ea perquisiuere, & impetravere facilius, vt sacra sua insinuarent Iudei, qui frequentes per Asiam minorem, vbi Erythrae atque Ilium, exulabant. Quod si tum id factum non est, Augusti aetate potuit fieri, cum fatidicos libros vindique contraxit, & Sibyllinos solos retinuit, Sueton. in Aug. c. 31. cetera non durior in Iudeos, & eorum sacra, quod praedicat Iosephus Antiqu. E. XVI. c. 10. Etsi enim Caium nepotem, quod Iudeam praeteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudarit, Sueton. in V. c. 93. alia tamen postea mente fuit, cum & donaria, vrceos, calices, phialas, miserit in templum, & sacrificium ibi diurnum ordinavit, Philo legat. ad Caium p. 801 conf. Iosephus Antiqu. L. XVI. c. 10. p. 62. Neque cessabant Iudei proselytos sibi adiungere, quod ipse de iis commemorat Seruator, Matth. XXIII. 15. nec omni eos caruisse successu, vel hoc fidem fecerit, quod Romae plures Iudeorum sacra probarint. Nec suae dubitarunt fidei capita Graeca lingua prodere, quod vel exemplo Philonis atque Iosephi constat, vt de libellis nihil iam dicam, quae apocryphorum nomine in Codice Veteris Testamenti legimus. Fuit Iudeorum natio sedula admodum in condendis ingenii monumentis pro populo ac religione, quo flecteret gentes exteriores, sive odium animis eximeret, vt Iosephus dicto loco scribit. Salomonis testi-

monium de copia librorum sui temporis, Eccles. XII 12. vastum Talmudis opus & posteriorum scripta frequentissima sat is, quod dixi, confirmant. Neque Poësin gens ista insuper habuit & preuit, cum Ezechiel Poeta, vel solo indice nomine, Iudeus a Clemente Alexandrino atque Eusebio laudetur, cuius Tragoediam de Mose Feder. Morellus graece edidit, Par. an. 1609. G. I. Vossius de Poëtis Graec. p. 90. Et Martialis aemulum Poetam verbum perstringit, L. XI. epigr. 95. Quis dubitet igitur; religionis capita quaedam in versus redegisse nonnullos, quae a triumuiris, vel sub Augusto a quindecimuiris inter Sibyllina fuerunt cooptata, V. Tenzelius Colloqu. Menstr. loc. cit. & an. 1690. p. 1139. seq. & an. 1691. p. 615. sq.

IX. A Christianis accessisse quaedam, dubitare nos non sinunt ea, quae tanta leguntur claritate, quanta esse non potest, nisi ex historia Euangelii. Ipsi gentiles, per oracula reuicti Sibyllina, hoc obiecerunt christianis, ab iis ea conficta atque composita esse, quos *Sibyllarum* nomine ea propter traduxerunt. Laetantius quidem eam obiectio nem refellere annititur L. IV. c. 15. *Testimoniis*, inquit, quidam reuicti, solent eo configere, ut aiant, non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris conficta atque composita. Ad quae respondet: *quod profecto non putabit, qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque veteres, qui Erythraeam Sibyllam ceterasque commemorant; quarum ex libris ista exempla proferimus.* Cicero & Varro quidem Oracula Sibyllina commemorant; sed ista num legerint, quae de Christo laudantur, & num libri, e quibus ista proferuntur testimonia, iis cogniti fuerint, de eo maxima est dubitatio. Addit quidem, latuisse vt prophetarum, sic Sibyllarum oracula, nec fuisse prius cognita, quam Christi nativitas & passio patefecerit arcana. At ista inter se conferre, eandemque tribuere con-

conditionem ausim minime, cum prophetarum oracula diuina sit fides & auctoritas, omnibus patens; Sibyllarum autem oracula dubia & incerta. Vis qualisunque argumen to posset tribui, si non illis haec longe clariora existerent. Num Antonini Pii aetate, quod du Pinio & Richardsonio videtur, an Commodo vel Caracallae conscripta sint, quod Spanhemius existimat, non definiam. Iosephus Antiqu. L. I. c. 5. cum de contusionē Linguarum Babelica agit, ad Sibyllae testimonium prouocat, v. orac. L. III. p. 336 sq. quod argumento est, eam saltem partem, a Iudeis traditam, eius aetate exstitisse. Certe *acrostichidem* eo tempore nondum confitam fuisse mox ostendemus: Neque nunc exquiram, an Hermas, vel Montanus in confingendis iis elaborarit, quod nonnulli tradunt, neque an Gnostici ea confinxerint, vel saltem interpolant, quae Blondelli est opinio Hottingeri Pentas Dissert. p. 58. sq. I. G. Graevii cohors Musar. p. 17. sq. B. Ittingius Append. ad Haeresiarch. p. 90. sq. de Sibyllis post alios multos vid. Rumetschii Schediasm. de Turc. euers. vel conuers. p. 70. sq. Elingius Hist. Graec. L. p. 66. sq. Pfaffius H. E. p. 26. Hederich notit. auct. 13. 4. seq. Du Pin Biblioth. Eccles. P. I. p. 28. sq.

X. Atque hoc in tertio genere *ἀκροστίχις* superius allata censetur merito. Equidem laudatur ea a Constantino M. Imp. vel Eusebio potius, quod Ciceroni ea fuerit cognita, latineque redditam scriptis eius inserta; cuius asserti si fides fieri posset, luculentum sane pro Sibyllis, cognitoque ab iis Christo & praediō, foret argumentum. Celeb. Kirchmaierus Ciceronem eandem vidisse ac legisse pro certo haberī postulat, loc. cit. p. 219. Sed commemorat quidem Cicero L. II. de Diuinat. c. 54. Sibyllarum *ἀκροστίχιδα*; verum hanc nostram ei cognitam letamque fuisse, quis nobis dixerit? quis fidem fecerit? Dicit

Dicit haec Eusebius, sed nullum affert eius rei documentum. Ipse Cicero eam, quam legit, non Sibyllae opus, per furorem effusum, sed hominis impostoris inuentum, studiose compositum, arguit, quae etiam Terentii Varonis & Dionysii Halicarnassei de iactatis Sibyllarum *ακροστιχοῖς* mens est, Casaub. Exerc. ad Baron. p. 68. Anton. van Dale de Oracul. c. 18. p. 405. sq. Quis non cogitet potius, ideo confitcam a christianis & assutam notis Sibyllarum oraculis fuisse nostram, quod tales ab illis fuisse conjectas prodiderit Cicero? Hinc Augustinus, qui laudauit acrostichidem, alibi scribit, L.XVIII. C.D.c.47. *quaecunque prophetiae de Dei per Christum Iesum gratia proferuntur, possunt putari a christianis esse confitiae.* Seculo IV. demum nostra innotuit acrostichis, quod inde confirmamus. Laetantius, diligens lector & laudator Sibyllinorum, quo nemo Patrum testimoniis eorum vtitur frequentius, aliquot versus affert, qui leguntur in acrostichide, quae si eius exstitisset tempore, totam omnino fuisse laudaturus, eo quod tam illustre de Christo exhiberet testimonium. Quinque autem versus laudat Laetantius ex acrostichide nostra, & primus quidem L. VII. c. XIX. legitur, qui in acrostichide est. vers. 8.

τείχεσι δὲ εἰδαλα βροτοὶ καὶ πλάγαι ἀπωλῆσα, in Oraculis legitur *ρίψοι*, vt literae initiales vocem *χριστὸς* conficeri. Est yis maior in voce Laetantii, qua idola conteri dicuntur, quod plus est, quam *abiici*: Alter legitur cap. XVI. qui est 23.

σελωνιξ ὑπανθέν φωνὴ πολύδρονος ἀφίση.

Tertius & quartus cap. XX. h. 1. v. 25. 26.

Ταρτάρον δὲ χάος τότε δεῖξει γαῖα χαῖσσα.

Μέγας δὲ οὐδὲ βῆμα θεός βασιλῆς ἀπωλετός; vbi Christus

stus Deus & Rex appellatur; in Oraculis *βασιλῆς* legitur, nec honor *Regis* tribuitur Christo. Posit videri versum quintum *ὑπανθούσιας, μείνεις δὲ τε Φέγγος ὁλεῖται* ex parte desumptum ex eo, qui apud Laetantium legitur c. XX.

Οὐρανὸν εἰλίξαν γάικας κευθμῶνας αὐοῖξω.

Ex his colligere quis possit, postaetatem Laetantii, vel ipso saepius ea laudando occasionem praebente, *ἀκροστιχίδα*, fuisse conjectam, quam Eusebius postea primus retulit. In transcurso illud obseruandum, quod Augustinus versus septem & viginti numeret, cum acrostichis Eusebii XXXIII. & prout supra allata fuit, XXXIV. habeat, eo quod vox *χριστὸς* addatur, quam sine dubitatione aliquis christianorum attexuit prioribus, vt crucis supplicium vna insinuaret, ne, quod Paulus ait, I. Cor. I. 23. stultitia gentibus esset. Neque illud praetereundum, quod verba: *Ιησῆς χριστὸς θεὸς εἰς σωτήρ* non XXVII, quot ille numerat versus, sed XXVI. tantum, quae bis affert Augustinus, contineant literas. Verum Graecae initiales literae acrostichidis nomen non *χριστὸς*, vt Eusebius, qui versum omittit nonum, sed *χρειστὸς* referunt, fortasse vt magis auctor falleret, quasi recte non nouisset Christi nomen; vel potius, quia *ει* & *ι* promiscue pronunciarunt, quod pluribus exposuit Mich. Rossal, in Obseru. de Christo per errorem in Chrestum commutato Cap. IX. Gallaeus Orac. Sibyll. p. 724. Reiskius de vaticin. Sibyll. c. 18. Tob. Wagnerus benignius primum sensit de acrostichide, postea vero reuocat sententiam, parciusque de ea sentire coepit, Inquisit. in Orac. Sibyll. de Christo p. 7. 46. sq.

XI. Sed Cicero tamen scribit, fuisse Sibyllinorum interpretem, qui in Senatu dicturus putabatur, eum, quem reuera

revera regem haberent, (Iul. Caesarem) appellandum quoque esse regem, si salui esse vellent. De rege itaque locuta est Sibylla, de mente istius interpretis, quem Iul. Caesarem esse putauit, cum de rege orbis vniuersi locuta sit. Verum nihil de rege appellando in acrostichide legitur; & ipse Cicero dubitat, an acrostichide fecerit Sibylla, cum furens oracula fuderit. Evidem Seb. Castalio, apud Gallaeum p. 723. respondet: *quasi vero sit difficultius Deo vates agitanti talia fundere carmina ex tempore, quam Ennio, adhibito & tempore, & diligentia.* Estita; & nouimus, Psalmos quosdam secundum literarum feriem, imprimis CXIX. a Deo fuisse suggestos; sed claritas oraculi assensum prohibet. Ad se oraculum Sibyllae, iam ante Caesarem transtulit C. Lentulus, cum Catilina quando coniurauit, teste Cicerone Orat. in Catilinam III. c. 4: Is enim confirmauit, ex fatis Sibyllinis aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum vrbis, atque imperium peruenire esset necesse, dixitque, eundem hunc fatalem esse annum ad interitum vrbis atque imperii, conf. Sallustius Bell. Catilin. c. 47. Appianus Bell. Civil. L. II. p. 430. Plutarchus in V. Cic. p. 869. Num ad acrostichida respexerit Ciceroni postea laudatam, an ad aliud Sibyllae oraculum, non habeo dicere. Fortasse aruspices, Lentuli adulatores, ad eum accommodarunt ea, quae L. II. oracul. circa fin. p. 325. vbi de rege vniuersi orituro dixit, & ita claudit:

τρεῖς ρωμανοὶ δικῆρη μοιηὶ καταδηλώσονται

Tres Romam tristi fatorum stamine perdent.

Postquam enim Corn. Cinna & Corn. Sylla iam ante op-
presserant libertatem, facile erat, Corn. Lentulum iungere, maiora appetentem. Sed ad Triumuiratum Anto-
nii,

nii, Lepidi atque Augusti magis respici, doctorum est
coniectura. Gallaeus Diss. de Sibyll. p. 129. sq.

XII. Ceterum fama de Rege orbis, a Iudeis exspectato, non incognita isto tempore inter gentes fuit. Iosephus callide accommodauit eam ad Vespasianum, ei- que imperium praedixit, libertatem & ius Romanae ciuitatis eo ipso promeritus, conf. Bell. Iudaic. III. 27. V. 38. 39. VII. 31. in Vita p. 1031. & ipsi Iudeorum magistri ad eius eum locutum esse beneplacitum scribunt. V. Gu. H. Vor- stii Obs. ad R. Dan. Gantz Tzemach Daud p. 287. Tacitus scribit: *pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, ut valeceret oriens, profectique Iudea rerum potirentur, L. V. Hist. c. 13.* vbi antiquas sacerdotum litteras appellat, quae non oracula Si- byllina, sed prophetarum fuerunt. Similiter Suetonius in Vesp. c. 4. *Percrebuerat oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iudea profecti rerum potirentur.* Vetus itaque fuit & constans opinio, etiam inter gentes, regem ex Iudeis proditum, quam non dis- simularunt Iudei etiam inter gentes dispersi, vti nee ho- die eam clam habent. Nimis exilio causa saepe sunt exagitati Iudei, quibus ipse etiam Cicero exilium expro- brat, auersum ab iis Deorum fauorem inde colligens; hi vero se spe sustentarunt, regem fore, qui se colligeret, atque a Hugo gentium liberaret. Fuerunt etiam forte inter Iudeos, qui de sensu oraculorum diuinorum rectius edo- eti, gentibus quoque spem fecerint, cum gentium ille di- catur solarium, Hagg. II. 8. unde Simeon lucem gentibus eum afflaturum canit, Luc. II. 32. non tamen tam clara, quae- cunque etiam fama fuerit, progignere potuit oracula, qualia in Sibyllinis, & speciatim in acrostichide, leguntur. Hinc ipse Petrus edocendus erat visione diuina, post lon-

gam Seruatoris institutionem, gentibus etiam in Christo paratam esse salutem; Aector. X. Reiskius de vaticin. Sibyll. c.9. Fabricius Biblioth. Graec. L. I. c. 30. p. 182.

XIII. Quod si Noae nurus, ut hoc de Sibyllis adhuc addam, Iaphetique vxor fuit, quod videri vult Erythraea Sibylla, vnde tanta illi graecae Linguae cognitio, tantaque copia, quae multo post tempore demum exorta est. At dixerit quispiam, fieri id omnino potuisse, si ultra quingentos annos vitam ea produxerit, vbi multum iam inualuerit graecorum Lingua in eius posteris: & quod Ion, hoc est, Iauan, Iapheti filius, Gen. X. 2. teste Velleio Paterc. L. I. c. 4. condiderit Erythram, vnde Sibylla nomen habeat. Sed num isto iam tempore is linguae nitor, ea carminis ratio, tantumque mysteriorum lumen fuerit, quam in Sibyllarum oraculis occurrit, hoc ingens est quaesitum. Habent linguae suas aetas, habent suam pueritiam, adolescentiam, virilem aetatem ac senectutem, ut & cum annis crescant, & perficiantur, & floreant, & decrescent iterum, quae tam breui non contingunt tempore. Velleius multo iuniori Ioni tribuit Erythrae originem; & si vel maxime ad antiquorem Iauanem, quem ille ignorauit, referas; oracula tamen tam clara vix edere potuit, si quidem nec per Mosen tam clara sunt edita, sed magis magisque subsecutis seculis illustrata sunt, donec tandem plenissimum ab Apostolis accepere lumen. Atque ipse Constantinus Imp. vel potius Eusebius, agnoscit, quod suo iam tempore suspecta fuerit acrostichis, quasi a Christianis esset conficta, quae alium auctorem vtique non habet. V. Pfannerus Th. Gentil. p. 12. Fabricius Bibl. Gr. L. I. c. 30. p. 178. sq. conf. Magn. V. E. Loescheri Ion. Scripsi haec ante, quam Reu. Neringii legi nouissimam oraculorum & acrosti-

acrostichidis defensionem; nec scripsisse poenitet. Quae inserta sunt, curae debentur posteriori.

XIV. Nec difficile foret loca Scripturae indicare, e quibus acrostichidem auctor compilasse videri queat. Vers. 1. dicitur: *κρίσεως σημεῖον ἐτὶ ἔσαι, ἵζει ἡ παύθεν βασιλεὺς. Ιudicii signum cum erit, de coelo rex veniet.* Sine dubio ante oculos habuit verba, Luc. XXI. 25. 26. *καὶ ἔσαι σημεῖον, οὐκ ερυν signa in sole, οὐκ ερυν, οὐκ ερυν, οὐκ ερυν signa in luna, οὐκ ερυν, οὐκ ερυν, οὐκ ερυν in terris anxietas gentium;* & v. 27. *tunc ὄφοι ται videbunt filium hominis venientem in nube.*

Vers. 2. dicitur rex venturus ad iudicandam *σάξα τῶν ταραχῶν κόσμου απαντά, omnem carnem, οὐκ mundum uniuersum.* Hoc ex Act. XVII. 31. petitum, vbi Deus dicitur iudicaturus *τὴν οἰκουμένην, orbem terrarum;* vbi *κόσμος* stylo Scripturae de hominibus in eo viuentibus accipitur; Ioh. III. 16.

Vers. 4. dicitur: *οἱ ψονταὶ θεῖν μέροτες πίστοι οὐκ ἀπίστοι, videbunt Deum homines fideles οὐκ infideles.* Similiter legimus Matth. XXIV. 30. *cum apparebit signum Filii hominis, tum plangent omnes tribus terrae, οὐκ οψονται, οὐκ videbunt Filium hominis,* & c. XXV. 31. 32. *tunc sedebit Filius hominis super thronum gloriae suae, οὐκ congregabuntur ante eum omnes gentes, in quibus sunt oues οὐκ hoedi, πιτ οὐκ impii, v. 37. 41.*

Vers. 5. Deum videbunt *ὑψηλού μετὰ τῶν ἀγίων, altissimum cum sanctis.* Matth. XXV. 31. ita legimus: *cum venerit Filius hominis in gloria sua, οὐκ omnes sancti angeli cum eo.*

Vers. 6. dicitur iudicaturus rex *ψυχας αὐθαδών θνήσκει, hominum animas, id est, homines pro tribunal. Rom. XIV. 10. exstat: omnes sistemur ad tribunal Christi, conf. II. Cor. V. 10.* Hoc versu vox legitur *σαρκοφόρος, carnem gestans, quae ab Ignatio aliisque christianis doctoribus adhibetur, &*

quidem propter eos, qui Christum veram habere carnem negabant. V. Ignatii epist. ad Smyrn. §. V. Suizerus h.v.

Vers. 8. πιψειν ειδωλα θρονοι και τοις απαντα, abiiciens mortales idola & omnes diuitias. Similia leguntur Esa. II. 20. in die illo abiiciet homo idola argentea, & idola aurea sua. Quae vates hic ait de regno Messiae spirituali, ad ultimum ac commodauit Sibyllinorum auctor Christi aduentum ad iudicium.

Vers. 9. Εκκαυσι δε τοις αγνε γην, & ραβων, και θαλασσαν, exuret terram ignis, & coelum, & mare. Sic II. Petr. III. 10. Veniet dies Domini, quo elementa exusta soluentur, & terra, quaeque in ea sunt opera, exurentur.

Vers. 11. Σαρξ ωστα θρονοι επι ολυμπου Φαος ηξει των ουρων, eto omnis mortalium ad liberam lucem veniet sanctorum, Apoc. XXI. 24. gentes, quae seruatae fuerunt, ambulabunt εν τω φωτι in lumine cuius.

Vers. 12. ανθρωποι δε τοις αισιοις ελθυξει, impios ignis aeternum redarguet. Matt. XXV. 41. discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, conf. Apoc. XX. 10. Posset videri ipsa sibi aduersa Sibylla, cum paulo ante dixit: omnis caro mortalium ad lucem veniet libertatis sanctorum, nunc subiicit: impii vero igne cruciabuntur. Sed Ioh. ουιων fine dubio coniungi debet cum θρονοι ε omnis caro mortalium sanctorum, id est, omnes homines sancti. Non semel vtitur voce σαρξ pro homine, quae scripturae sacrae vox est, conf. Rom. III. 20. ex operibus legis non iustificatur ωστα σαρξ. omnis caro, i.e. omnis homo, ubi eadem phrasis. Sic vers. 6. dixit ψυχας ανθρωπων, animas hominum, pro hominibus, quae & ipsa S. Scriptura formula est. V. Io. Vorstii Philol. Sacr. P. I. p. 123. 119. 340.

Vers.

Vers. 13. 14. Οπποστα Ιησος προειδει, τοις παντας λαλησαι, εκ θεα χαριζοφεντα θεος φωτηραν ανοιξει. Quaecunque quis occulte fecerit, tunc omnia efferet; nam cordibus tecta Deus luminibus aperiet. Paulus ait I. Cor. IV. 5. ne ante tempus quidquam iudicetis, donec venerit Dominus, qui illustratus est occulte tenebrarum, & patet faciet consilia cordium. Iud. V. 14. 15. ecce, venit Dominus, ut faciat iudicium aduersus omnes, & redarguat omnes, qui sunt impii, de factis omnibus, quae impie patravunt, deque omnibus duris, quae locuti sunt aduersus eum peccatores impii.

Vers. 15. Θρηνος δε εν παντων ιεται, και θρυγμος οδυνηων, eiulus ex omnibus veniet, (audietur) & stridor dentium. Matt. VIII. 12. filii regni eiiciensur in tenebras exteriores: ibi erit ploratus, & stridor dentium, conf. c. XIII. 42. XXII. 13. XXV. 30.

Vers. 16. Σπλειψει δε Φαος στελας πελασι και αγραν, deficiet lumen & splendor solis & astrorum. Luc. XXI. 25. 26. Et erunt signa in sole & luna, & stellis; -- nam virtutes coelorum in euoluentur. Esa. LXI. 29. non erit tibi amplius sol in lucem interdiu, & in splendorem lunae non lucebit tibi.

Vers. 17. ουρανοι ειλιξει, μήνας δε τεφέγος ολεῖται, Coelum conuoluet, lunae vero splendor peribit. Similia legimus Esa. XXXIV. 4. tabescet omnis exercitus coelorum, & coeli, sicut liber, ελεγκται, complicabuntur. Apoc. VI. 12. 13. 14. Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est, sicut sanguis, & stellae de coelo ceciderunt, -- & coelum recessit, sicut liber ειλισσόμενος, qui circumuoluitur.

Vers. 18. Υψασι της Φαραγγας, ολισθη δε υψηματα θειων, extollerat valles, perdet vero altitudines montium. Esa. XL. 4. omnis vallis exalabitur, & omnis mons & collis humiliabitur; quod & Luc. III. 5. legitur.

H 3

Vers.

Vers. 19. Ἰσα 7 ὅρη πεδόνοις ἔσαι; immensos colles aequabite campis. Esa. XL. 4. Luc. III. 5. erunt obliqua in directum, & aspera in vias planas; conf. Esa. XLV. 2.

Vers. 20. 21. πᾶσα θάλασσα σκέπη πλούντες, omne mare non nauigabitur. Apoc. VIII. 9. tertia pars nauium interiit.

Vers. 22. Σὺ πηγαῖς ποταμοὶ δὲ καχλαζόντες λείψοι: cum fontibus flumina biantes deficient. Zach. X. 12. percutiet fluctus in mari, & exsiccabuntur omnia profunda fluminis.

Vers. 23. Σάλπιγξ δὲ φρανθεν Θωνη πολύθρυνον αφίσαι, tuba de coelo vocem tristem sonabit. Matth. XXIV. 31. Mittet angelos suos μέτα σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, cum tubae voce magna; & I. Thess. VI. 16. ipse Dominus εἰς σάλπιγγι in tuba Dei descendet de coelo.

Vers. 26. Ηὔχοι δὲ ἐπι βῆμα θεῦ βασιλεὺς ἀπαντει; ad DEi tribunal venient reges omnes. Idem dicitur 2. Cor. V. 10. omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi. vid. supra ad v. 6.

Vers. 27. Ρύσοι δὲ φρανθεν ποταμὸς πυρὸς, fluet de coelo fluminus signis. Apoc. XX. 9. Descendit ignis a Deo de coelo, & devorauit eos.

Vers. 28. 29. Σῆμα δὲ πῶσι βροτοισι τότε, σφραγίς ἐπισημος, τὸ Σύλον εὐ πισσοίς τὸ κέρας τὸ ποθεμένον ἔσαι, ἀνδρῶν ἐνεβίων ζωὴν πρόσκρυμα δὲ κοσμος. Tunc signum erit omnibus mortalibus, lignum illustre signaculum fidelibus, & cornu desiderabile, hominum piorum vita, mundi autem offendiculum. Sic legimus Matt. XXIV. 30. tunc apparebit signum filii hominis in coelo; quod Patres de crucis signo interpretantur; statuunt enim non nulli, crucem Christi post resurrectionem in coelum esse translatam, & in extremo iudicio cunctis apparituram. Io. Phil. Pfeiffer de signo Filii Hominis §. VI. sq. G. Serpilius

pilius in Miscell. Lips. Obs. 115. §. 2. quo respicit h. l. ξιλον, lignum; scil. crucis, quae piorum vita, impiis vero terror erit. Vocem κοσμος pro impiis adhibet, vt. Ioh. V. 19. legitur, κοσμος, mundus in malo iacet.

Vers. 31. Τραστοις ποιησοις κλητοις εἰς διάφερη πηγαῖς, aqua vocatos potans duodecim e fontibus. Apoc. VII. 17. legitur: agnus deducet sanctos ad viuos fontes aquarum; c. XXI. 6. ego dabo sipienti de fonte aquae viuae.

Vers. 32. Παθός ποιησοτα σιδερεια τε κρατήσει. Virga ferrea pascens imperabit. Quis non videt, expressum esse illud Ps. II. 9. ποιησοντες οὐντες εἰς παθόν σιδερά, ferreo sceptro confringes, cf. Ps. XXIII. 1. 4. Vid. Gallaeus not. h. l. p. 730. Quae v. 33-34. subiunguntur, quod sit θεὸς ημῶν σωτῆρ αὐταράτος βασιλεὺς εἰ παθῶν ἐνεχ' ημᾶς, Deus noster Seruator immortalis, Rex, qui nostrū causa passus est, fidem christianam redolet, & Euangelii cognitionem.

XV. Sed fortasse in Virgilii Ecloga IV. & maximum quidem pro Sibyllis argumentum, & clarum de Christo testimonium habetur. Ita omnino statuit Constantinus Imp. vel potius auctor ipse Eusebius, de Vita Constant. L. V. c. XX. Eusebius Poetae tribuit cognitionem de Christo, & totam fere eclogam Graecis exprimit versibus, eoque interpretatur, quem Augustinus de Ciuitate Dei L. X. c. 27. & plures sequuntur recentiorum. Alii non tam Virgilio eam tribuunt, quam Sibyllae Cumanae, unde Virgilius quaedam repetierit, & Pollio filio Salionino, vel Asinio Gallo Augustoque accommodarit. Versus hoc maxime pertinentes sunt:

*Vltima Cumaei venit iam carminis aetas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nova progenies caelo demittitur alto.*

*Tu modo nascenti puerō, quo ferrea primum
Desin. t. ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina. &c.
Ille Deum vitam accipiet, diuisque videbit
Permīstos heroas, & ipse videbitur illis: Iterum
Aggregere o magnos (aderit iam tempus) honores
Cbara Deum soboles, magnum Iouis incrementum. &c.*

Hic virginem commemorat, nouamque progeniem alto demissam coelo, quae Desim' soboles magnos aditura sit honores, aureumque seu felicissimum tempus reductura. Quid clarius, quam Virginis respici filium, qui Deus & homo sit, qui felicitatem reddiderit terris. Vid. Crasset Diff. de Sibyll. p. 110. sq. Reiskius loc. cit. c. X.

XVI. De Christo hic contineri vaticinium, post Eusebium atque Augustinum & alii statuunt. Vir germanicae linguae antiquioris peritissimus, Dietericus von Stade, in Specimine antiquarum lectionum Francicarum p. 34. affert rythmos antiquos germanicos, qui doceant, fuisse quosdam, qui putarint, *Virgilium sine Christo fuisse Christianum, & ecloga IV. Christo genethliacum non solum poericē, sed & prophetice scripsisse.* H. Grotius de Verit. Relig. christ. L. IV. c. IX. scribit, quod Virgilius ex Sibyllinis carminibus nesciens Christi aduentum & beneficia nobis depingat. Dan. Heinsius Virgilium ait Sibyllinos libros inspexisse, & natalitium cantasse tum nati pueri, qui & simul Deus esset, & in cuius homine omne genu fletteretur, proleg. ad Aristarch. p. 650. Abbas Faydit eam pariter tuetur opinionem, quem confutauit P. Simon in Biblioth. Critique To. I. p. 535. 536. sq. & To. II. p. 474. sq. Wisthon pro vera habet prophetia, Aet. Erudd. 1728. p. 120. Improbat Cudvortius studium veterum christianorum, qui

qui praesidium christianaē religioni in Sibyllinis oraculis aliisque eiusmodi scriptis quaesuerunt, existimat tamen, in Sibyllae Cumaeae carminibus, quaedam fuisse leta, de nouo quodam florentissimo regno, idque ex Virgilii ecloga IV. constare afferit, quod de Christi Seruatis regno interpretatur, System. intellect. p. 320. conf. Venerab. Moshemii notae h. l.

XVII. Enimuero ut benignior interpres ita exponere verba Poetae queat, ob similitudinem quandam; placet tamen viri celeberrimi, Io. Henr. Boecleri, sententia, quam repetiuit Cl. I. A. Fabricius & illustravit, Poetam non Sibyllae Cumanae transtulisse carmina, sed Hesiodi Poetae, a patria, vbi natus, Cumaei appellati, sententiam de varia, & aurea maxime, aetate retulisse, hancque reddituram polliceri. Boeclerus Diff. in Bucolicon Virgilii IV. quae est XI. in To. posteriore Diff. Academ. p. 382. sq. Fabricius Bibl. Graec. L. I. c. 3. & 14. & Bibl. lat. l. c. Neque vero tam Pollionis, anno V.C. DCCXIII. Consulis hic filium, sed M. Marcellum, (Velleius L. II. c. 93. Marcum, Tacitus L. I. An. c. 3. Claudium appellat) Augusti ex sorore Octavia minore filium, quem Augustus postea adoptauit, intelligi Badius Ascensius obseruauit, Not. h. l. cuius sententiam suam fecit P. Cartrou, ipsamque eclogam Marcellus inscribit, in Traduction des Egloques de Virgil, quae Parisis prodii, an. 1708. 12. p. 136. sq. *Sunt enim ait Ascensius, quae Pollionis filio non conueniant, utpote quod eum maiorem Augustum fore censeret.* Et Augustus Buchnerus, decus eruditorum suae aetatis, scribit: *quae Salonino promittuntur in patris gratiam, (quo fine maxime hoc scriptum carmen) eiusmodi sunt, ut nisi ab eo, penes quem orbis terrarum imperium esset, impleri non queant, Orat. in Virgil. quartam eclogam, in Diff. Acad. p. 1002. sq.* Marcello vero magis conueniunt,

ueniunt, ob spem de eo conceptam maximam. Fuit Marcellus iste *ingenuarum virtutum, laetusque animi & ingenii, fortunaeque, in quam alebatur, capax, quem homines, si quid accidisset Caesari, successorem potentiae eius arbitrabantur, vt de eo scribit Velleius L. II. c. 93.* Seneca eum mirare collaudat, in Consol. ad Marciam c. 2. *Octavia-Marcillum amisit, cui & auunculus & sacer incumbere cooperat, in quem onus imperii reclinaret.* Adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed & frugalitatis continentiaeque in illis aut annis, aut opibus non mediocriter admirandum; patientem laboris, voluptatibus alienum; quantumcunque imponere illi auunculus, & ut ita dicam, inaedificare voluisse, latum. Obiit is premature, ab V.C. anno DCCXXXI. annos natus XXIV. secundum Godefr. de Peschvitz in Famil. Caes. Augusta n. 24. p. 55. XIX. secundum Seruium, ad Virgil. Aeneid. VI. p. m. 464. anno circiter XX. secundum Car. Ruacum in Virgilii Maronis historia, edit. in vsum Delphini praemissa ad an. V. C. cit. & quidem summo populi Rom. perpetuoque matris Iuctu, (num Liuiae insidiis, quae filiis eum suis praeferriri aegre ferebat, iam non dispergo, Dio Lib. LIII. p. 518.) Tacitus An. II. 41. Suetonius in Aug. c. 63. cuius laudes Virgilius celebrat, Aeneid. VI. v. 855. sq. quorum recitationem, teste Seruio, loc. cit. largiores lacrymae Augusti atque Octaviae impediuerunt. Ut accommodata haec videantur, dicam tamen, quae dubium mihi moueant. Primo canit Poëta vers. 60. *Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem,* quod nisi de puero infante dici nequit: Marcellus autem si anno Vrb. Cond. DCCXXXI. obiit, viginti, quatuor annorum iuuenis, quod Peschvitz tradit loc. cit. is anno V.C. DCCXIII. in quem Consulatus Asini Pollionis & Cn. Domitii Caluini incidit, & quo Ecloga scripta fuit, sex vel septem circiter annos

rum

rum fuit: deinde Augustus tum XXIV. circiter fuit annorum, quo tantus nondum erat, quantus postea factus est, nec augurari Poëta potuit, spem imperii in Marcellum recumbere, cum ipse Augustus dare potuerit solum, eoque anno grauissima cum Sex. Pompeio bella gererentur, tantaque temporum felicitas non existeret: tertio Pollio inscribitur Ecloga, non *Augustus*; & Asinius Gallus, Pollionis filius, in sui honorem scriptam esse eclogam est gloriatus. His vero etiam nunc subiiciam, quid responderi posse mihi videatur. Ad primum quidem, quod more Poetarum Poeta ludat, minoremque faciat, & puerum appellat Marcellum etiam iuuenem, L.VI. v. 882. *Heu, miserande puer, si qua fata aspera rumpas Tu Marcellus eris.* Nuptui dedit M. Antonio sororem Octavianam Augustus, eum grauida ex C. Marcello defuncto adhuc esset, Velleius L. II. c. 78. Dio L. XLVIII. p. m. 231. quae eodem adhuc anno enixa est Marcellum in Antonii aedibus: qui obiit anno decimo octavo in Baiano, vt prodidit Seruius, non autem XXIV. vt scribit laudatus ante Peschvitz, qui duas etiam Marcellas sorores ei iuniores tribuit, n. 25. 28. 36. conf. Caluifius op. Chronol. p. 381. Quod si retro numeremus ab anno DCCXXXI. nativitas Marcelli incidet in annum Consulatus Pollionis DCCXIII. Anno post Augusto nata est Iulia, Marcella desparsata, Vellei, L. II. c. 93. Ruaci temporum rationes non conueniunt; si natus est anno V.C. DCCXIV. non potuit obiisse anno circiter aetatis vigesimo. Ad secundum respondeamus, Augustum cum M. Antonio tum solum pro arbitrio republicam administrasse, quem propterea Caluifius monarchiae Augusti annum quintum appellat: quo felicitatem praedicare reipublicae Poëta facile potuit, & maiorem, a Marcello praestandam, polliceri, ob clarissimos

Marcelli maiores, & matrem, Augusti sororem, M. Antonio nuptam. Ad tertium, solet Poeta veras personas sub aliis tegere nominibus; hinc Ascensius iuxta se se in titulo Eclogae ponit: *Pollio seu Augustus.* Ad quartum, Pollio-nis filius sibi gloriam facile vindicare potuit, gloriae cupi-ditate accensus, qui secundum Caluifum anno post ei natus est, cum de Dalmatis triumpharet, Chronol. p. 382. cui num tantum tribuerit Virgilius, cum Antonii partes sectaretur, magnopere dubito; Velleius L. II. c. 63. 76. Tre-uoltenses in honorem Drufi Neronis, quem Liuia, in uxorem ab Augusto assumpta, intra eius penates post tres menses enixa est, factam esse eclogam Virgilii, ingeniose obser-vant. Natus is est non in Consulatu, sed post triumphum Pollionis an. V.C.DCCXVI. Dio L.XLVIII. Sed num tan-ta tribuerit Virgilius nato puer, quem patri Augustus remisit, & in quem Poetae luserunt satis acriter, dubitari pos-sit merito. Et quisquis demum ex hisce puer fuerit, *Virgo est iustitia, vti exponit Seruias, & Hesiodus etiam sic eam appellat, iyy. v. 254.* quae vel maxime auream aetatem ornauit, vel potius constituit, & iam redire dicitur, scilicet diffi-cili adhuc rerum statu ac tempore terris pulsa, quod de vir-gine, matre Christi, frustra dixeris, cum illa nunquam ante fuerit, nec debuerit redire. *Deum soboles est nouum homi-num genus, quod iustitiam colit.* Magnos ominatur hono-res, vt successoris Augusti in imperii potestate; qui Deum vitam accepturus dicitur, ad exemplum Iul. Caesaris, vel ipsius deinceps Augusti, qui sub nomine Augusti viuus qua-fi consecratus est, Florus L. IV. c. vlt. & templo sibi con-ser-vari passus, dum viueret, post mortem per $\alpha\pi\omega\theta\omega\sigma\tau\mu$ Di-uorum numero, ad Caelaris exemplum, fuit adscriptus. Et quis fidem fecerit, quod Virgilius non emendarit successu temporis quaedam,

XVIII.

XVIII. Sed ita licet haec se haberent, potuit tamen ex Sibyllae carmine, quod de Christo legit, desumpsiisse, & vt Augusto adularetur, ei, & nato puer, accommodasse. Ita P. Cartrou: *bic multa reperire est e Sibyllae Cumanae ora-culis, quae illa de Christo venturo cecinerat, in laudem Mar-cellii detorta, p. 138.* Et dudum Bad. Alcensis scripsit, quod a nesciente Poeta de Christo carmen decantatum sit; & quae Virgilius canit:

Occidet & serpens, & fallax herba veneni; & alibi:

Cum canibus timidi venient ad pocula damae, (qui ver-sus in Ecloga quidem IV. non legitur, sed IIX. v. 28. oc-currunt tamen alia eius generis, inde a vers. 38. sqq.) confert cum iis, quae vates Esaias c. XI. 6. sq. in aduentu Messiae futura dicit: habitabit lupus cum agno, & pardus cum baedo accubabit: vitulus & leo, & ovis simul morabun-tur, & puer parvulus minabit (sic legit Vulgata, ducet) eos: vitulus & ursus pascentur; simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas; & delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis; & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet; non nocebunt, & non occident. Similia leguntur in Oraculis Sibyllinis L. III. p. 478. quae Latina hic dabo:

*Cumque lupis agni per montes gramina carpent,
Permixtique simul Pardi pascentur & hoedi,
Cum vitulis ursi degent, armenta sequentes,
Carniuorusque leo praesepia carpet uti bos:
Et pueri infantes captas in vincula mittent,
Terrebitque feras in terris debile corpus:
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
Nec laudent, quoniam Domini manus oktegit illos,*

Atque hinc Alcensius argumentum Eclogac sequens praeponit:

Quarta Sibyllini repetens oracula cantus

Atque genethliacos modulans; collaudat Iesum:

Et D. Tob. Wagnerus orac. Sibyll. de Christo pag. 43. sq. vix certius, inquit, haberri argumentum, quam hanc ipsam Virgili eclogam, nondum subditam ac temeratam, quod Sibylla de Christi nativitate, passione, morte, & regno vaticinata olim fuerit, quos alii plures sequuntur, conf. §. XVI. II. Vossius de Sibyll. orac. c. 5. Enim uero carmen Cumaeum recte dicetur Hesiodi, qui Cumae, vrbe Aeolica, natus, Suidas in v. Ηεσιδος, & Alcrae educatus fuit, cuius propterea carmen perinde Cumaeum, atque Ascreum dici potuit: & fortasse lusit Poeta de industria in nomine carminis Cumaei, propterea quod Sibyllae instar de puerō & bonis futuris canat. Taceo, quod Cumana potius, quam Cumaea apud veteres dicatur Sibylla. Is quinque aetates in ἑπτοῖς expoluit, eodem fere modo, quo Virgilius, & inter alia, quod sub Saturni regno homines sine labore atque aerumna degerint, daemones facti post mortem, terraque sponte sua fructum copiosum tulerit, nullaque mala fuerint. Est autem pars regni maxime utilis iustitia, cuius fructus copiose a bonorum abundantia describit, vers. 223. sq. Simili fere modo Horatius tempora sub Augusto describit, L. IV. Od. 5.

Tutus bos etenim rura perambulat,

Nutrit rura Ceres; almaque fauilitas,

Pacatum volitant per mare nauitae,

Culpari metuit fides.

Nullis

Nullis polluitur easta domus stupris,

Mos & lex maculosum edomit nefas;

Laudantur simili prole puerperae

Culpam poena premit comes.

Hinc FELICITAS TEMPORVM sub Augusto nummis etiam celebrata fuit. Gallaeus Diff. de Sibyll. p. 370. sq. Fabricius Bibl. Graec. L. I. c. 30. §. 14. Reiskius Lib. I. c. 30. §. 14. Fr. Bened. Carpzovii Diff. de Virgilii Eclog. IV. quae recusa est 1700. Fellerus Fla. Philos. ex Virgil. c. IV.

XIX. Magnum in antiquitate Socratis nomen est; cuius ex schola celeberrimi prodierunt philosophi, qui celebriores inter Graecos sapientum sectas condiderunt, vt vel hoc modo non vnam Mercurii statuam & tres Gratias fixisse dici queat, secundum Pausan. Attic. c. 22. p. 53. Notum est eius fatum, quod damnatus & cicutam bibere sit coactus ab Atheniensibus, propterea quod abiret a recepta Deorum doctrina, nouosque Deos introduceret, quod & Paulo Apostolo iidem dabant vitio, Actor. XVII. 18. vel, vt Laertii verbis exprimam, οὐ μὲν ἡ πόλις νομίζει θεούς & τοιίσι, ἀλλα δὲ κακὰ δαιμόνια εἰσηγάμενος, quos ex maiorum instituto suscepit ciuitas, Deos esse negans, alia vero noua daemonia inducens, L. II. c. 40. Similiter Aelianus L. II. Var. Hist. c. 13. οὐ εἰσῆγε ξένους δαιμόνας, καὶ οὐ ηδει θεούς & δὲ εἴμα, qui introduceret nouos daemones, neque nosset interim, neque reuerenter haberet Deos. Iustinus Martyr similiter: ἐφασαν ἀντὸν κακά δαιμόνια εἰσθέντες, καὶ οὐ οὐδὲ νομίζει θεούς, μὴ ηγεθεῖσαν, illum noua daemonia inferre, & quos ciuitas censeret esse, ipsum non putare Deos, Apol. I. p. 48. Aduocarem etiam Tertulliani testimonium: o Apollinem, inquit, inconsideratum

tum! sapientiae testimonium reddidit, ei viro (Socrati) qui negabat Deos esse, Apol. c. 46. nisi per Ironiam dicta essent. Stanleius Histor. Phil. P. III. c. 9. sq. Ut mente acerrima ac virtutis maxime studiosus fuit, ita vidi vanitatem Deorum, eosque reiecit, quos vulgo colebat ciuitas, vel eorum, ut Iustinus Martyr ait, quae Poetae descripserunt, patratores, Homerumque & Poetas vitare iussit, sine dubio propterea, quod πολυθεῖα, fuerunt effictores principi. Falsa vero accusatio fuit, quae apud Aelianum legitur, quod nullos neque nosset Deos, neque coleret. Quoscoli voluerit Aristophanus docuerit in comoedia, quaenam Φελλος Nubes inscribitur, qua Socratem instinctu Anyti ac Meliti traduxit, quam ipse audiuit Socrates, & stans quidem, quo ab omnibus nosceretur, et si quae exstat, ab ea, quae habita fuit, diuerla videatur. Nubes eum colere persuadere populo voluit comicus, quod Iudeis quoque tribuit Iuuenalis, Satyr. XIV. v. 97. Nil praeter nubes, & coeli numen adorant. Scilicet in sublimi Deum quaerendum esse voluit, ultra nubes habitantem, supremum quendam Deum, immensum, infinitum, aeternum, eaeteris, qui pro Diis habeantur, superiorem, ut Menagius interpretatur, ad Laertium L. II. Sect. 40. p. 93. Vel, ut Iustinus Martyr docet, πέποντες τοις αγράσσοντες, διὰ λόγου ζητηζων εἰσιγραφούσι τοις αγράσσοντες, ad ignoti eos Dei per Rationis & Verbi inquisitionem cohortatus est, dicens: parentem autem & opificem universorum, neque inuenire facile, neque inuentum in vulgus promulgare tutum est, Apol. I. p. 48. Etsi vero Socrates unum profitebatur Deum, Deos tamen & ipse colebat. Cudvortius Synt. intell. p. 481. sq. & Ven. Mosheimius h. l. Pfannerus Theol. Gentil. c. II. §. 3. p. 37. Buddeus Hist. Eccles. V. T. To. poster. p. 1062. sq.

XX. Colebatur Athenis αγράσσοντες, ignotus Deus, quod vel ex Act. XVII. 23. constat. Pausanias etiam commemorat, in plurimum numero, βωμοὶ θεῶν ὄνομαζομέναις ἀγράσσοντες, aras Deorum, qui ignoti vocantur, in Atticis, seu L. I. c. I. p. 4. Diogenes Laertius βωμοὶ ἀναντίμοις, aras sine nomine appellat, L. I. Sect. 110. Olympiae quoque in Elide ἀγράσσοντες, βωμοὶ ignotorum Deorum ara fuit, Eliacor. pr. s. L. V. c. 14. p. 412. In unitatis tamen numero etiam inscriptam fuisse aram, Paulo Apostolo credimus, quae inter βωμοὺς, aras illas plures, ab ignotis Deis inscriptas, locum habere potuit. Nisi enim fuisse, vnicum inde verumque Deum demonstrare haud potuisset Paulus, praeterea que facile potuisset in areopago, vbi dicebat, redargui a philosophis & aliis, qui frequentes aderant, verum haud esse, quod se vidisse dixerat. Reinesius Inscript. p. I. 2. An ea sub forma inscriptionis, quam ex Oecumenio referunt, & Boxhornius in Quaest. Rom. XIII. atque Seldenus de Dis Syr. Synt. I. p. 64. approbant, exstiterit: Θεοῖς Ασταῖς καὶ Εὐρώπης καὶ Λιβύης θεῶν ἀγράσσων καὶ ξένων, et si in multitudinis numero eam exhibeat Hieronymus, ad Tit. I. non habeo dicere. Petr. Cunaeo & Dougtheo haud sit verisimile, cum integrum fuisse Apostolus daturus. Ceterum & Cicero Deorum ignotorum meminit, L. I. de Nat. Deor. n. 39. Et Lucanus Dei incerti: dedicata sacris incerti Iudea Dei, Bell. Pharsal. L. II. p. m. 67. Incertum ignotumque ab Atheniensibus, aliisque gentilibus cultum Numen summum, verumque fuisse Deum, universi conditorem ac Dominum, complures christiani doctores existimant, & in his Calouius, Waltherus, I. A. Bosius, Kippingius, Petr. Cunaeus, Basnagius, nouissimeque Cudvortius, System. intell. c. IV. p. 562. & ven. Mosheimius h. l. & cogit. in N. F. loc. L. I. c. IV. §. 5. sq. & alii Apostolum secuti, dicentem, eum se praedicare Deum, quem ignorantes ipſi

ipſi colerent, Act. XVII. 24. Et huic conformiter Lucianus, vel quisquis est auctor dialogi, qui *Philopatris* inscribitur, quo de in peculiari egit libello Cl. Io. Math. Gesnerus, & inferius pluribus agetur, non solum meminit Dei incogniti, in Τῷ ἀγνώστῳ ἐν Ἀθήναις, verum etiam christianum inducit loquentem, ἡμῖν δὲ ίσον ἐν Ἀθήναις ἀγνωστῷ ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσατες, χειρας ἵες ὅπασὸν ἐκτείναντες τὰ τῷ ἐνχαριστήρᾳ. *Nos ignotum Athenis Deum consecuti* & *venerati manus in coelum extendentes eidem gratias agimus*, To. II. p. 769. 780. Et de Dionysio Areopagita proditum est memoriae, quod, cum fuit Heliopoli in Aegypto, cum eclipsi solaris tempore passionis Christi fieret, dixerit: ἀγνωστος πάτχει θεός, διὸ οὐ δέ ή πᾶν ἰδοφαράτι οὐ καὶ στολεύσαι, ignotus patitur Deus, per quem hoc uniuersum obtenebratur. & commouetur, ut ex Mich. Syncello refert Suidas, in v. διορύσιος. Clemens Alex. Deum conditorem coluisse Athenienses in αγιάσῳ Θεῷ, & speciatim *Filiū statuit*. Ita vero scribit: διὰ τὴν ἀγνώστην θεὸν τιμαθαι μὲν καὶ προφρεσσοῦντος τὴν εἰλένων τὸν δημιουροῦν θεὸν ηὔξανο, κατ' ἀντίγραφον δὲ διηδύνει παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν. *Per ignotum Deum honorari quidem per circumlocutionem a Graecis opificem Deum significauit, ex agnitione autem oportere per Filium accipere* & discere, Strom. L. I. p. 315. Vossius Theol. Gentil. L. I. p. 14. Casaubon. in Athen. L. IX. c. 3. quem confuse hoc de arguento agere iudicat Thomas Crenius, Animadu. Philol. P. III. p. 82. Osiander de asylis gentium §. 27. sq. p. 151. inpr. I. A. Bosius in Diff. de ara ignoti Dei Ien. 659. B. Buddeus in Eccles. Apost. p. 27. sq. Wolfius Cur. Philol. ad Act. XVII. p. 1261. Corn. Adami Obs. Theol. & Philol. p. 285. seq. Pana fuisse cultum sub αγνώστῳ θεῷ nomine, sunt, qui existimant. Isidorus Pelusiota scribit, Athenienses Spartam missile Philippidem, auxilium petitum contra Persas, qui Graeciam inualerant magno exercitu, cui in monte Parthenio occur-

occurrit Panis simulacrum, qui neglectum se questus auxilium tamen promiserit; quem cum ignorarint, quis fuerit, gratos aram αγνώστῳ θεῷ inscripsisse, L. IV. ep. 69. Fortasse mons iste Panis est appellatus, Pausan. Attic. c. 32. p. 50. Coluit Pana Socrates: quis autem ille sit, ipse exponit apud Platonem in Cratylo, p. 280. ἐντινεῖται λογος, οὐ λογος αἰδελφὸς, οὐ πᾶν. *Pan vel Sermo vel Sermonis frater est*. Quod si quis conferat cum iis, quae de morte Panos ex Plutarcho refert Eusebius, Praepar. Euangel. L. V. c. XVII. p. 206. sq. de Filio Dei Socratem cogitasse possit videri. Huetius, cum recensuisset, quod Thamus Aegyptius, nauis rector, iussus sit ad insulam Palodem in clamare, magnum Pana mortuum esse, eoque facto eiulatus fuerit auditus, quasi Panis obitum mirantium atque gementium, subiicit: *atqui id conuenit in tempus moriis Christi Iesu, qui verus Pan est, rerum omnium parens ac naturae totius auctor*, Dem. Euang. Prop. IX. c. 136. p. 1014. Certe Iustinus Martyr eum αἴων μέρες ex parte Christum agnouisse affirmat, & μετὰ λόγων cum Verbo vixisse, vt inter barbaros Abraam, Ananias, Elias & alii complures. Vt vero illi, qui αἴων λόγων vixerunt, hostes sint Christi, & eorum, qui μετὰ λόγων viuant: ita contra eos, qui μετὰ λόγων vixerint & viuant, christianos esse. Λογος enim secundum ipsum fuit & est οὗτος πάντας, καὶ διὰ τὴν προφητῶν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ διὰ εὐαγγελίου ὁμοιωθεῖς γενομένων καὶ διδάσκαλος λαῦτα, in uniuersitate existens, qui & per prophetas, & per se ipsum haec, par nobis per passionibus factas, docuit, Apolog. I. p. 48. & Apol. II. p. 83.

XXI. Disputarunt hoc de arguento Casaubonus atque Rosveidus, & illius hyperaspistes Capellus, teste Georg. Paschio de var. mod. tradendi Moralia p. 533. sed illorum scripta cum in manibus haud sint, breuiter anni expromam sententiam. Peruiderunt sapientes gentili,

lium, vanam esse Deorum multitudinem, in primis quales Poetae finxerunt. Herodotus Homero tribuit, quod ~~ωλθιανοί~~, Deos complures effinxerit, quem Hesiodus in Theogonja adhuc superauit. Credo hanc causam esse, cur Plato, parum fauens Deorum multitudini, sua e republica Poetas voluerit abesse. Contra ea cognoscebant, unum ac sumnum esse Deum, cuius coelum sedes atque habitaculum existeret, quorum testimonia Augustinus Steuchus, Eugubinus, Phil. Mornaeus, Pfannerus, Godofr. Voigtius aliique collegerunt. Est vero facilius cognoscere, Dei qui non sint, & falsitatem repudiare, quam indagare, quis verus sit Deus, quod Cicero in libris de Natura Deorum satis abundeque suo exemplo comprobauit. Hinc *ἄγνωστον θίου incognitum Deum* peruestigare iussit Socrates, eoque recte usus est cognitione de Deo naturali sapientiaque morali, cuius maxime studiosus ac docto erat, ut cognita imperfecta de Deo notitia, imperfectaque hominis felicitate suique emendatione, in veram voluerit inquiri, A&t. XVII. 27. Atque hunc fructum esse praecipuum philosophiae moralis, peculiari libro euincere studuit, Vinc. Placcius. Num autem ipse eam Socrates sit assecutus, dicere non habeo. *Ἄγνωστος* colebatur Deus, sed certam quis fidem fecerit, Iudeorum vel Athenienses, vel Socratem intellexisse numen, distinctumque de eo habuisse conceptum, & esse in Deo *λόγον*, qui subsistens, qui *πᾶν*, *omnia in omnibus*, qui *Filius* fit. Dubito ego vel maxime, talem habuisse, qualem Paulus fuggerit: generalem de Deo melioremque conceptionem, qui *vniuersum & crearit, & conseruet, & gubernet*, seque magnis affec- rit beneficiis, facile largior. Quia enim praeter quam plurimos, qui suis nominibus gaudebant, *Ἄγνωστος* colebant facile subnata fuit Apostolo occasio distincte erudiendi populum

populum de vero Deo, quippe qui omnibus factus omnia, 1. Cor. IX. 22. nullam praetermisit Christi inculcandi doctrinam, ut aliquos lucraretur.

XXII. Pan Socratis quis fuerit, incertum. Paulo ante dixerat, quod *λόγος* sit geminus, verus & falsus, idque, quod in sermone verum, diuinum quiddam existat, & supra in Diis habitet. Vbi sermo *προφορίδες* intelligatur oportet, qui cum veritate si coniunctus sit, vtique de coelo est, ei certe conueniens, cum solus Deus verax sit, Rom. III. 4. sicuti falsus e contrario fructus est mali genii, qui pater est mendacii, Ioh. VIII. 48. Pan itaque, filius Mercurii, Deorum nuncii atque interpretis, erit sermo, quia *πᾶν* cuncta, vel vere, vel falso significat. Mercurium antea totum circa sermonem & excogitandum & proferrendum occupari dixerat. Si quis altiores ac diuinas hic meditationes Socrati de *λόγῳ*, angelo, oratore ac veritate coelesti, tribuere vellet, is quidem facile posset hic ubi rem inuenire materiam, sed nemini, puto, persuadere, & mentem Socratis ex sua aestimaret, vel ad suam refingeret. Narratio Plutarchi de morte Panos, in libello de oracul. defectu To. II. p. 419. quam Eusebius repetit, sublimiores posset suggerere meditationes, si certa eius fides esset, nec traditione & narratione Epitherae vnius, & huius filii, Aemiliani Rhetoris, discipulorum, niteretur. Sed praeterea non vnius generis momentum est, quod suspectum in narratione videatur, & commentum arguat. Nec enim ratio potest afferri, quis annunciare iussit, cur facta sit illa annuntiatio: angeli pariter daemonesque iam nouerant, illi quidem lugentes, hi tripudiantes; homines autem alium Pana haud norant, praeter eum, quem adhuc superstitione coluerant: nec excogitari potest, quinam illi lugentes ac ingemiscentes fuerint, ytalia taceam. V. Anton

ton. van Dale de oracul. p.432.sq. R.P.Honorius de S.Maria narrationem de morte Panos prorsus falsam esse statuit, Act. Erudd.1724. p.183. Fusius istam examinat narrationem fabulisque accenset M.Ge:Chr. Wagnerus, & Theodorus Hasaeus Diss. de decreto Tiberii, quo Christum referre voluit in numerum Deorum §. 10. non contemnendis argumentis veritatem relationis afferere annititur. Sententiam moderatam Dominici a Colonia vid. in Cl. a Seelen Verit. Relig. Christ. ex profan. scriptoribus caute confirm. p.24. siue Miscell. p.136. Et ita si res se haberet, vt narratur, non statim eadem mens tribui posset Socrati de Pane, quae fuerit vocis inusitatae, *magnum Pana mortuum esse*, denunciare iubentis. Miscellan. Lipsiens. To.IV. p.143. sq.

XXIII. Iustinus Martyr, vt solent Patres, benignius de Socrate, cuius in tota Graecia tantum erat nomen, vt oraculi etiam iudicio sapientissimus omnium haberetur, iudicat, & minus recte cum Abrahamo atque Elia in vna eum classe collocat. Id agebant Patres, vt ostenderent, inter Graecorum sapientes etiam fuisse, eadem qui sensissent, quae christiani crederent, vt eo facilius fidem christianam gentibus persuaderent, seque nihil noui insolitique docere. Vixit μελα λογις Socrates, rationi conuenienter, vt virtutis studiosum decet, sed non μελα λογις, cum Verbo, scilicet subsistente, hoc est, Dei Filio, vt de Henocho & Abrahamo legimus, quod cum Deo ambularint, Gen. V.22.24. XVII.i. Hunc enim non cognouit, neque ex toto, neque απο μηρος, ex parte, nec cum Abrahamo, qui diem eius vidit, Ioh.VIII.56. comparandus est, eoque christiani nomine praeter meritum a Iustino magistratur. Neque probauit, aut probare quispiam poterit, quod Socrates eum statuerit esse λογιον, qui semper (ita redididerim

diderim verba *in παντι* scil. χρονια) extiterit, & per Prophetas futura praedixerit, & per prophetis παν nobis sit factus, quae mens Socrati magis ex mente Iustini tribuitur, quam fuisse comprobatur. Georg. Paschius loc. cit. p.533. Sunt quidem subinde sacris nostris conuenienter locuti sapientes Graecorum, & speciatim Socratis discipulus praestantissimus, Plato; sed abunde monstratum est ab eruditis, verba similia, mentem dissimilem esse, vtut per traditiones maiorum, vel ex consuetudine cum Iudeis, quorum nec ipsorum tam distincta, vt in Noui Foederis instrumento est reuelata, fuit cognitio, didicerint quaedam. Merito igitur inter errores Iustini Martyris refertur, quod gentiles, qui secundum rationem vixerunt, inter christianos censeant. V. Ittagius Hist. Eccl. Sec. II. Seet. IV. §. 4. conf. lac. Zimmermani Disl. de praestantia relig. christiana, collata cum philosophia Socratis, in Cl. Schelhorni Amoen. literar. Tom. XI. p. 93. seq. De λογιον philosophorum inferius dicendi erit occasio.

XXIV. Zeno quoque eum in censem venit, qui Dei filium, quem λογιον Scriptura appellat, non ignorauerit. Ita Lactantius: *Hunc Sermonem diuinum ne philosophi quidem ignorauerunt.* Siquidem Zeno rerum naturae dispositorem, atque opificem uniuersitatis λογιον praedicat, quem & fatum, & necessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis nuncupat, ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro DEo accipere. Sed nihil obstant verba, cum sententia congruat veritati, L.VI.c. 9. Similiter Tertullianus: *apud vestros quoque sapientes λογιον, id est, Sermonem atque Rationem constat artificem videri uniuersitatis.* Hunc enim Zeno determinat facultatorem, qui cuncta in dispositione formauerit. Eundem & fatum vocari, & Deum, & animum Iouis, & necessitatem omnium rerum, in Apologetic. C. 21. quem Lactantius, Afer

Afer & ipse, legisse videri queat. Diogenes Laertius cum de Zenone prodidisset, quod duo sint rerum principia, faciens & patiens, de illo scribit: Τὸ δὲ ποιῶν, τὸν οὐ αὐτὴν λέγοντα Θεόν, quod autem faciat, (principium operans) rationem in ipsa esse Deum, vel, verbum Deum in ipsa scilicet materia; τὰ τούτα γάρ ὅντα αἰδίοις διὰ πάσους αὐτῆς φημισθεῖν ἔνας α., hunc enim, quippe sempiternum per ipsam omnem singula creare, L. VII. f. 134. Similiter Seneca, Stoicorum Romanus interpres, Rationem facientem appellat, Epist. LXV. Pfannerus ista cum verba affert Laertii, scribit: facientis siue ποιῶνos nomine Verbum Dei υποστυκόν denotari, apertis fere verbis significat, Theol. Gentil. L. V. §. 4. & antea idem scriperat: proxime veritatem attigere; qui verbo mundum confectum existimauerunt, siue illud de Filio Dei, verbo nempe, siue sermone, quo omnia fieri iussit, intelligas. Verum multum a se diversi sunt λόγοι. Iohannis atque hic Zenonis, quanta etiam verborum similitudo videatur: Quod certam notionem λόγος non habuerit apud Zenonem, vel inde liquet, quod, ut Lactantius prodidit, & fatum, & necessitas rerum, & animus Iouis, & Deus adpelletur. Neque tamen dubitaterim, quin vel ex Platone, qui in Aegypto ex sacerdotibus, vel ipsis Iudeis talia didicit, vel ex communi fonte, traditione maiorum (ex mera eos ratione haec habuisse, mihi non perfnadeo) ut alii sapientes Graeci, hauserit Zeno, quae de λόγῳ δημιουρῷ, creatore ac effectore, & quod per verbum omnia condiderit Deus, docuit, quae pro ingenio quisque suo interpolauit, incertamque & dubiam imposuit notio- nem. Herm. Witsius Exerc. Acad. IV. §. X. sq. Aegyptior. ac. L. II. c. XIV. §. 3. sq. Mornaeus de Verit. Rel. Christ. L. III. c. 3. Huetius Alnetan. Quaest. L. III. c. 3.

XXV. Sed fortasse Apollo locum habebit inter testes meliores de Christo. Certe Lactantius ad eum provocat.

uocat. Sic enim ait: Milesius Apollo consultus, utrumne Deus, an homo fuerit, hoc modo respondit:

Θυγίδος ἦν καὶ τὰ σάρκα, σοφὸς γερατάδεσιν ἔργοις,
Αλλ' ὑπὸ ναλδαιών κρήτων διώλοις συναλωθεῖς,
τόμφαις καὶ σκολοπεσσοῖ πικρῷν ἀνέβλησε τελευτήν.

Quae sic possint exponi:

Mortalis carnem, sapiens factisque stupendus;
Sed sub iudicibus Chaldaeis captus is armis
Clavorum atque crucis mortem tolerauit amaram.

Pergit Lactantius: Primo versu verum quidem dixit; sed argute consultorem fecellit, sacramentum veritatis penitus nescientem. Videlur enim negasse illum Deum: sed cum fateatur, secundum carnem fuisse mortalem; quod etiam nos praedicamus, consequens est; ut secundum spiritum Deus fuerit; quod nos affirmamus. Quid enim fuerat necesse, carnis facere mentionem? cum satis esset dicere, fuisse mortalem. Sed veritate pressus negare non potuit, quemadmodum res se haberet, sicut illud, quod ait, fuisse sapientem, L. IV. c. 13. Quin & Pythius seu Delphicus Apollo Augusto iam seni, de successore quaeritanti, cum primum siluisset, post iteratam hecatomben tale dedit responsum, quod Deum praedicat Iesum. Sic enim respondisse perhibetur:

Παῖς Εβραῖος κέλεται με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τὸν δὲ δόμουν προλιπῶν, ηγι αἰτεῖν αὐτὸς ικεσθαι
Λιπτὸς ἀπιθανόν εἰκ θωμῶν ημετέρων.

Me puer Ebraeus, diuos Deus ipse gubernans,
Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum,
Aris ergo debinc tacitus discedito nostris.

Quo commotus oraculo Caesar Augustus Romae posthaec aram erexerit, quae hanc prae se tulerit inscriptionem:

ARA PRIMOGENITI DEI. Referunt haec Suidas, Nicephorus atque Cedrenus. V. Van Dale de oracul. p. 444. seq.

XXVI. Sed dubia adhuc res est oraculorum, num merae fraudes & imposturae fuerint sacerdotum, quod ex Plutarcho & Iamblico Petrus Pomponatius, Ant. van Dale, Fontanelle, Iac. Basnagius, & alii statuunt, an vera daemonum responfa, quae aliorum, & nouissime P. Mourges est sententia. *Fraudes non raro intervenisse vix dubium habebit, cum sacerdotes nonnunquam corruptos ad vota quaerentium respondisse legamus, quod vel exemplo. Alexandri M. constat, Iustin. L.XI. c. XI. conf. Freinshemii Not. in Curtii L.IV. c. 7. n. 25. sq. vel contra etiam fecisse.* Sed & daemnonem suas egisse partes non inficiabimur, cum vt Deus, sic ille quoque, veluti simia Dei, oracula dare voluit, vt Deus haberetur, quae talia quoque subinde fuerunt, vt vim humani ingenii omnem superare videantur. Atque Apostolorum tempore ancilla quaedam spiritu fatidico agitabatur, & futura canebat, eo autem virtute verbi expulso, obmutescet, Aet. XVI. 16. sq. Sed alius loci hoc argumentum est. V.B. Moebius de orac. ethnici. orig. propag. & durat. p. 21. sq. Cl. a Seelen Veritas Relig. Christ. ex profan. Scriptor. caute confirm. p. 23. seu Miscell. p. 34. sq. Pesarouius in Grotio de Verit. Relig. Christ. illum. L. IV. §. 9. p. 295. sq. Laetantius sine teste responsum Apollinis laudat, nec commemorat, cui, & quo tempore datum sit; verbaque *αληθινά secundum carnem* stilum Scripturae videntur redolere. Longo Laetantius vtitur circuitu, vt probet, *Deum quoque esse Iesum, quem mortalem secundum carnem dixerat,* consequi ex Apollinis verbis. Sed fortasse auctor oraculi ex schola Pauli Somosateni similiumue haereticorum fuit,

fuit, cum *Deum esse* siluit, & *mortalem* dixit, & vt secure magis falleret, Chaldaeos iudices, pro Iudeis atque Romanis, substituit. Fusius cum Apolline disputat Laetantius, quam verba oraculi, quod laudat, merentur.

XXVII. Quod ad oraculum Augusto datum attinet, incognitum illud est antiquioribus Patribus, Iustino Martyri, Clem. Alexandrino, Eusebio, & diligenti talium lectori Laetantio, quod sane si exstirisset haud fuissent praetermissuri. Quod si quis dicat, Suidam tamen excerpisse scriptores antiquos; ei respondemus, quod praeter antiquos & eos excerpserit, qui non longo eum anteuerunt interuallo, e quorum aliquo decerpere facile potuit. Cedrenus quidem ad Eusebium prouocat. Sed ille deprehensus est citare quaedam, quae nusquam leguntur. Accedit, quod Augustus senex Delphos non venerit, quippe qui nunquam in Graeciam est profectus, ex quo XIX. ante Christum natum annis inde rediit. Neque ara illa potuisset ignorari a Patribus, qui scripserunt pro Christianis apologias, in primis Tertulliano, Romanarum antiquitatum in primis perito, qui ad tabulas census Romae in tabulariis asseruatas prouocat, cum de nativitate Iesu disputat, magis prouocaturus ad aram omnium oculis expositam. Gentiles etiam scriptores nullam eius aiae iniiciunt mentionem. Neque ratio suppetit, cur *primogeniti Dei* appellasset aram, cum nullum sit in verbis oraculi vestigium, quod primogenitum innuisset. Est itaque sequioris aeui commentum. Casaubonus Exerc. I. adu. Baron. n. 12. p. 83. Van Dale de Orac. Dissert. II. c. 2. 3. p. 443. sq. add. Dorschaeus Admirand. p. 235. sq. Hist. Eccl. Goth. P. II. p. 50. J.A. Schmidii Hist. sec. I. fabulis mascul. seq. II. c. I. §. 3.

XXVIII. Evidem nihil in isto habetur, quod daemon scire non potuit, si certum esset, eius esse responsum. Quum enim Angeli célébrarint pueri Ebræi nativitatem, & Deum, mundique Seruatorem praedicarint, facile potuit cognoscere, ei quod tribuit. Ex publico Iudæorum cultu, & Prophetarum oraculis, discere ac colligere potuit, exspectari a mortalibus Messiam, qui & puer, & Deus existeret. Diserte Esaias c. IX. 6. *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius & erit principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius mirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater æternus, & pacis princeps: et si dubitari queat, an veram oraculorum sententiam cognoverit, mysteriaque prodiderit ac reuelarit.* Ita fere Augustinus: *non incongrue creditur fuisse & in aliis gentibus homines, quibus hoc mysterium reuelatum est, & qui hoc etiam praedicere impulsi sunt, siue participes eiusdem gratiae, siue expertes, siue per malos Angelos docti sunt, quos praesentem Christum, quem Iudei non agnoscabant, scimus esse confessos,* L. XVIII. Ciu. Dei c. 47. Certe plus cognouit ex re gesta & euentu, nato iam Seruatore, vt tamen dubius fuisse videatur ob seruilem Christi formam, eoque ipsum tentauerit, vt quis esset, & qua virtute staret, certus fieret, Matth. IV. 1. f. Nam si *η πολυτοιχοφια ης*, multuaria sapientia Dei Angelis patet facta est per ecclesiam, Ephes. III. 10. quidni daemon eandem cognoverit, sibi suoque regno in primis aduersam? Nec vero indiget Iesus Christus, Dei filius, daemonis testimonio, quod cum ei vellet tribuere, iussus est obmutescere, Luc. IV. 33: 34. 35. cuius ad exemplum Apostolus spiritum fatidicum expulit, vere de eo testificantem, quod ipse, seruus Dei altissimi, viam salutis doceret, Acto. XVI. 17. 18. Orum atque tartarum sibi esse subeundum, fugere eum non

non potuit, qui catenis tenebrarum ligatus iudicio seruat, Iud. v. 6. 2. Petr. II. 4. quod confitetur ille in Evangelio, *venisti, inquiens, cruciaturus nos ante tempus,* Matth. IX. 29. Interim non desisse Apollinem post Christum natum dare oracula, multis est probatum. Van Dale de Orac. Diff. II. c. 3. 7. p. 460. f. Elingius Histor. Graec. Linguae p. 61. sq. Jo. Phil. Pfeiffer Ant. Graec. p. 146. sq. Rabener Amoen. Philol. p. 11. sq. Fontanelle Hist. des oracles Diff. 2.

XXIX. Ex iis, quae hactenus disputata sunt, nunc colligimus, quod nullum apud profanos scriptores sub Testamento veteri genuinum atque idoneum de Christo, eoque Dei Filio, & ipso Deo, existet testimonium. Est haec sententia Augustini, cuius verba digna sunt, quae hic legantur: *quaecunque aliorum prophetiarum de Deo per Christum Iesum gratia proferuntur, possunt putari a Christianis esse confitae.* Ideo nihil est firmius, ad conuincendos quolibet alienos, si de hac re contendent, nostrosque fulcendos, si recte sapuerint, quam ut diuina praedicta de Christo et proferantur, quae in Iudæorum scriptis sunt codicibus, de Ciu. Dei L. XVIII. c. 47.

XXX. Platonis etiam Patres laudant testimonium, quod Iesum dixerit *Iustum*, qui afflitus, excruciatus ac cruci affixus sit: de quo cum dissertatio alias a nobis conscripta sit, ob cognationem argumenti hic eam inserere licebit.

IVSTO PLATONICO E LIB. II.
DE REPUBL.

ARGVMENTVM.

I. *Magnum est Platonis nomen. Primus per dialogos docuit. In rebus diuinis magnum posuit studium. II. Patres magni fecerunt Platonem. Eius placita quaedam ad christiana dogmata proprius videntur accedere: in primis quae de λόγῳ tradit. III. Sapientiam describit velut subsistentem, fere ut Prou. VIII. 22. sq. IV. Platonis Iustus. Clemens Alex. de Christo intelligit. V. Loca Esa. III. 10. Sap. II. 12. ad Christum accommodantur a Patribus. VI. Clemens ex uno istorum Platonem de Christo interpretatur. Vox iniquia explicasur. VII. Clementis sententiam alii de Christo intellexerunt. Huetius aliter. Minus ei tribuit. VIII. De λόγῳ & αφ. mens Platonis a sacris diuersa. IX. Plato non de Christo, sed fatis iusti hominis loquitur. Similiter Hesiodus, Aristophanes, Seneca, alii. Exemplum est Aristides &c. X. Mens Platonis monstratur ex ipso. In iustus, qui videtur iustus, & iustus, qui videtur iniustus, inter se comparantur. Horum fata sunt diuersa. XI. Cicero idem tractauit argumentum in L. III. de rep. Fragmentum eius seruauit Lactantius. XII. Platonem recte expavit Eusebius. Quod ille de iusto scripsit, evenit Prophetis & Apostolis. Ita Lactantius, Theodoreus. Liber sapientiae perinde, vt Plato, de iusto scripsit. XIII. Sapientiae locum de Christo interpretantur Ambrosius, Lactantius, alii. Locus Esa. III. 10. male redditur a LXX. XIV. de Christo non est locutus Plato. Extra Ecclesiam non sunt reuelata*

tata diuina mysteria. Fuit haec praerogativa Iudeorum populi. XV. Annon e Iudeis, vel S. L. Plato cognoverit arcanum. Ante Davidis tempora obscurius de passione Christi vaticinia loquuntur. Nec Plato potuit tam clare hinc cognoscere. XVI. Iudei ipsi tam distincte haud nouerunt. Ipsi Christi discipuli non intellexerunt. XVII. Potest tamen ad Christum accommodari dictum Platonis. XIX. Cur Clemens de Christo acceperit. Iustus singulari numero descriptus. Alter colloquentium substituit pluralem. Articulus non ubique rem singularem demonstrat. XIX. Plagae, quas Plato nominat, & aliis euenerunt, externe si consideres. XX. Studium Patrum persuadendi gentilibus, Christianae fidei dogmata sapientibus non fuisse incognita. XXI. In primis hoc egit Clemens Alex. Hinc varii eius errores. XXII. Studium propagandi fidem Christianam non improbatur. Multi ramen inuesti sunt in Ecclesiam errores. Platonem alii magis, quam Apostolum sunt secuti. Scriptura non indiget isto subfido.

I.

MAGNUM semper Platonis nomen, & gentibus iuxta & Christianis charum exstitit. Etenim Plato inter omnes, qui ante, & post ipsum scripserunt ac docuerunt, sapientes dicendi copia verborumque grauitate facile princeps fuit, & docendi genus amoenum satisque perspicuum sectatus est. Cum enim reliqui vel obscurius dogmata sua edisserent, vt fere solebant Pythagorei, & Heraclitus, vel tenuiter ac populariter proponerent, ipse diserte & clare, nouoque & perspicuo docendi genere per dialogos, quos primus inuenit, vel saltem expoliuit, auctore Laertio, in V. Platonis Sect. 47. 48. v. Menagiis ad L. III. c. 47. placita sua exposuit, non leui usus

vsus & vulgari, sed eleganti, copioso, graui, nec imitabili orationis genere, quo vel ipsi Dii fuissent vsuri, inter homines si versarentur, & graece loqui vellent, vt veteres credebant, ac ne ad iucunditatem quid deesset, symbola admisicuit. Tum vero etiam non in spinosis quaestioneibus multum occupatus fuit, sed in rebus arduis, ac praecipue diuinis, studium exercuit suum, & sublimia plane, nec vulgo tradita de Deo r̄busque diuinis sensit ac docuit. Accessit vitae integritas, modestiaque singularis, quam vel in eo probauit maxime, quod dissentientes a se non aegre tulerit, iisdemque insultarit, vt reliqui fere solebant, ipseque ab Aristotele perpessus est, sed quemlibet suo abundare sensu permiserit. Hae causae potissimum erant, cur e gentibus plerique Platonem maxime diligerent, admirarentur, omnibusque anteponeant. Abr. Grauius Hist. Philos. L. III. c. II. p. 471. sq.

II. Praeter ea, quae gentibus amabilem reddiderunt Platonem, Christianos veteres in eius amorem studiumque pertraxit, quod multa in eius monumentis legantur, quae ad Christianae fidei mysteria propius videntur accedere, id quod veteres pariter ac recentiores testificantur. Augustinus de Ciu. Dei L. VIII. c. 5. 10. II. G. I. Vossius de Philos. Sect. c. XII. 13. eius Contin. c. VI. §. 4. Huetius Demonstr. Euang. Pr. IV. c. 2. §. 13. Dacerius Diff. I. praemiss. operibus Platonis gallice a se factis. Atque hinc est, quod Platonicae familiae Philosophos facilime omnium, paucisque mutatis, fieri posse christianos Augustinus scribat, loc. cit. c. II. Ut alia multa praetermittam silentio, non pauca nec obscura in Platone loca inuenias, e quibus colligi posse videatur, cognita ipsum habuisse mysteria quaedam de CHRISTO, quae Sanctus Spiritus in veteri Testamento, posteaque plenius atque clarius in Sacro Codice

Codice Noui Foederis, exposuit. In Epinomide p. 702. Edit. Lugd. an. 1590. nominat λόγον τὸν πάντων θεοτατον, ὡς κόσμου ἐπαξιν ἀρατὸν, Verbum omnium diuinissimum, quod mundum hunc conspicuum condidit. Eum λόγον alibi describit vt τέκου καὶ ἔκγονου τὴν ἀγαθήν, foetum ac partum Boni, & paulo post, vt τὸν τὴν αγαθήν ἐκγονον, ēν τῷ ἀγαθῷ ἐγένυται αἰαλογον εὐλύν, foetum Boni, quem Bonum genuit sibi similem, L. VL de Republ. p. 478. Quis non crederet, λόγον hic latere, diuiniorem illum, quem Iohannes describit, quod omnia per ipsum facta sunt, Ioh. I. 3. quod sit μονογενῆς πατρὸς παῖδες, unigenitus a Patre, v. 14. illo videlicet, qui est ὁ ἀγαθὸς Bonus, Marc. X. 17. eidemque ἦν αἴσχης, Ioh. V. 18. Et ita omnino crediderunt Clemens Alexandrinus, Eusebius, Cyrillus, Tertullianus, Lactantius, Augustinus, quos ordine laudat B. Stolbergius, Diff. de λογῳ & νῷ Platonico c. III. §. 9. Tract. de Soloec. p. 217.

III. Alibi Philosophorum ille Homerus, vel Deus & omnium princeps, vt a Cicerone vocatur, Plato Θεὸς διάνυς, vt apud Graecos dicitur, commemorat σοφίας sapientiam, consistentem, utpote κοσμός τε καὶ συνάρτησαν ēντελέχεις τε καὶ ὥρας καὶ μῆνας, ornantem dispensentemque horas, & menses, & annos, in Philebo p. 80. Eandem hic subinuere sapientiam videtur, de qua in Proverbiis legimus, quod, cum Deus terrarum orbis fundamenta iecit, opifex fuerit, cap. VIII. 22. 29. 30. & quod per eam Reges regnent, ac Principes imperent, v. 15. 16. quam esse Dei Filiū, Christum Seruatorem, ex Luc. XI. 49. collat. Matth. XXIII. 34. licet colligamus.

IV. Nondum satis mysterioram: In secundo de Republica libro p. 423. scribit: ἐπιδικαιόμενος ὁ δίκαιος πασιγάσται, σπεζλώσεται, ἐκκαυθάσεται τὰ ὄφεαλμά; τελευτὴν πάντα κακὰ παθῶν αἰαχυδίλευθίσται. Haec ita interpretatur M Mar-

Marsilius Ficinus: ita affectus iustus caedetur, torquebitur, & vincula patietur, eruentur illi oculi; atque demum omnia mala perpeccus suspendetur. De Christo Seruatore haec accipit Clemens Alexandrinus Stromat. L. V. p. 601, cum in eo est, ut ostendat, profanos congrua dixisse Sacrae Scripturae. Post alia nonnulla: τι δέ ςχι, inquit, παραλησια τῇ λεγέσῃ γραφῇ. ἀρωμετάφη ματὶ Ιόν δίκαιον, οὐδὲ Χρυσός ιητὸν ἐτιν, οὐ πλάστων μονογενές προφέταιναν τὴν σωτήριον οἰκονομίαν, εν τῷ δευτέρῳ τῆς φθελιτικῆς ὥδε Φην. Quid vero, annon similiter Scripturae, quae dicit: tollamus iustum, quoniam est nobis inutilis, Plato propemodum prophetice praedicens salutarem dispensationem sic dicit in secundo de Republica, subiuncto loco, quem ex Platone adscripsimus.

V. Duo existant Iōca, quae conuenientiam habent cum illo, quem Clemens citauit. Vnus apud LXX. Seniores, Esa. III. 10. δίκαιου τὸ δίκαιον, οὐδὲ δύσχρονος ιητὸν ἐτιν, vinciamus iustum; quoniam nobis est inutilis; qui tamen a fonte Ebraeo multum abeunt. Alter in libro Sapientiae legitur c. II. 12. ἐνδέπονωμεν τὸ δίκαιον, οὐδὲ δύσχρονος ιητὸν ἐτιν, circumueniamus iustum; quia nobis est inutilis. Quemnam respexerit Clemens, non licet definire, cum legat ἀρωμετάφη. Frid. Sylburgius, Annos ad loc. Clementis, priorem non obseruauit, & ad posteriorem dicit eum reflexisse oculum. Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphonie bis haec verba adducit, & ex Esaia, quem diserte nominat, repetit, & ad Christum & Iudeos, qui illum de cruce suspenderunt, & eius sectatores vexant, accommodat; ita ut semel δίκαιου, postea ἀρωμετάφη cum Clemente legat. Per sacrum vatem, inquit, Esaiam Deus haec vos facturos esse praeuidens, eiusmodi est diris execratus: vae animae ipsorum; consilium malum inierunt aduersus seipso, dicentes: δίκαιου τὸ δίκαιον, οὐδὲ δύσχρονος ιητὸν ἐτιν, p. 362. Et non multo

multo post p. 366. exuberantia vestrae prauitatis est, quod & oderitis & interemeritis iustum illum, & eos, qui illi acceptum ferunt, quod sunt pii, iusti & humani: itaque vae animae ipsorum dicit Dominus, eo quod consilium malum ceperunt aduersus seipso dicentes: ἀρωμετάφη δίκαιον, οὐδὲ δύσχρονος ιητὸν ἐτιν, quod pluribus de Christo interpretatur. Ex quo colligamus licebit, & Clementem ad Esiae locum respexisse, diuersasque ibi fuisse lectiones, vnde auctor libri Sapientiae sua quoque mutua accepit, tertiamque addidit lectionem, cum ἀρωμετάφη usurpauit.

VI. Sed quemcunque Clemens locum respexerit, neuter agit de Christo; sed tamen ita intellectus a Clemente fuit, Platonem, dicente, ei similia scripsisse, & tantum non Prophetam egisse, ac praedixisse τὸ δίκαιον οἰκονομίαν, salutarem dispensationem. Οἰκονομία seu Dispensatio varie sumitur apud Patres, & vel ministerium Euangeliū; vel prouidentiam ac numen, quo Dei sapientia omnia moderatur; vel Christi incarnationem, seu humanae naturae assumptionem; vel totius redēctionis mysterium & passionis Sacramentum significat. Singula significata exemplis confirmat e Patribus Casp. Suicerus in Thesaur. Eccles. hac voc. & post eum, quantumad posteriora duo, celeberrimus quondam Vlmensium Theologus & Antistes, Elias Veielius, in eruditissima Exercitatione Theologico-Ecclesiastica de variis Oeconomiae sacrae & portissimum Ecclesiasticae generibus, Vlmae, 1688. Piores duae significaciones ad loci Clementis interpretationem nihil faciunt, nec commodum sensum gignunt; tertiae repugnat dictorum series, adeoque ultima relinquitur, qua passionis salutaris negotium significat. Idque eo magis, quod alibi quoque noster Clemens vocem οἰκονομίας eadem ratione adhibet, cum Isaacum τὸν οἰκονομίας σύμβολο, typum dispensatio-

spensationis salutaris appellat. Ipsa etiam rerum connexio hanc, nec aliam notionem postulat. Hinc manifestum euadit, quid sentiat Clemens de loco Platonis, parum videlicet abesse, quia in instar Prophetarum passionem Christi Seruatoris praedixerit.

VII. Atque ita Clementem interpretatur Io. Iac. Ryssel, in Continuatione G.I. Vossii de Philosophorum secessis, c. VI. §. 4. *Clemens Alexandrinus*, inquit, *L. V. Stomatuum p. 601.* *Evbi locus Platonis legitur, eum* (Platonem) *inter Prophetas retulit, quia multa locutus esset, quae ad Christum applicanda sunt.* Plato igitur, ex mente Clementis, de *Iusto* suo cum loquitur, post flagra, tormenta & alia mala in crucem tollendo, in animo habuit *Sanctum illum & Iustum, qui in scientia sui iustificat multos*, Esa. LIII. II. hoc est, Iesum Seruatorem, quem *Iustum* vocatum iriprædixerunt Prophetæ. V. Huetius Demonstr. Euang. Prop. IX. c. 80. p. 887. Idem hic eruditione pariter ac fama illustris Gallorum Episcopus in diuersum, quod ad mentem attinet Clementis, abit nonnihil, quando Alnetan. Quaest. L. II. c. XIX. §. 2. scribit: *Huc Platonis afferrunt locum quendum e libris de Republica, Clemens Alexandrinus, Eusebius, & Theodoretus, quasi eo significetur, banc pium iustumque virum fortunam manere, ut caedatur flagris, torqueatur, vinciatur, cruci affigatur.* At non id de iusto simpliciter a Platone dictum est, sed de eo, qui iustus cum sit, iniustus videatur; nihilque minus in Christum Dominum conuenit, qui cum hominum omnium esset iustissimus, iniustus tamen, magus, fraudulentus, impius habitus est, & quae sceleratis debentur, supplicia pertulit. Notat hic Clementem Huetius, quasi locum nostrum Platonis (hunc enim in ora libri significat, praeter mentem auctoris de aduersarii iustique viri fortuna acceperit, eumque corrigit, & de eo

eo, qui iustus cum sit, iniustus autem videatur, Platoni sermonem esse ait, eoque in Christum quoque conuenire. Enim uero Clementi, de Eusebio & Theodoreto inferius dicetur, propositum haud est docere, quae viri iusti fata esse soleant, nec eum in finem locum Platonis laudat, sed ut ostendat, sapientes Graecorum similia Scripturae Sacrae scripsisse. Illud enim si intendisset, ac Platonem velle credidisset, non certe eum propterea in numerum Prophetarum retulisset, vt pote non ignarus, alias similia scripsisse, multoque minus vaticinium *οἰκτιουμένας*, & quidem *σωτήρις*, *dispensationis salutaris* ei tribuisse. Plus itaque dicit Clemens Alexandrinus, quam ei tribuit Huetius, nec de viro iusto, sed ipso Christo, Platonem intelligit, vti adhuc expositum fuit.

IX. Mitto priora, quae de *λογικῇ & σοφίᾳ*, de *Verbo & Sapientia*, Plato est commentatus. Accurate ea perquisiuit ac diiudicauit B. Stolbergius in peculiari de hoc arguamento dissertatione, de *λογικῇ & νῷ* Platonico, quae annexa est eius Tractatui de Soloecismis N. T. p. 194. s^q & de *σοφίᾳ* ibid p. 348. add Summe Retter. G. Frid Schroerii Diff. de *λογικῇ* Idea Dei, Witteb. 1715. & de Sapientia hypostatica, ibid nec non Bernh. von Sanden Diff. de *λογικῇ* Regiom. 1709. Ipsi etiam diximus quaedam in Techn. Sacr. p. 107. 148. seq. Summa, paucis vt dicam, eo redit, quod verba similia sint, mens vero diuersa, & a mysterio multum remota. Ultima, quae de *Iusto* differit Plato, paucis iam expendere est animus, ad Christum num pertineant.

IX. Locum Philosophi si perpendam atque examinationem sollicitius, nihil inuenio singulare de *Iusto* traditum, quod alii non tradidissent, nil eximii & magnopere admirandum, vt de *IESV*, Seruatore nostro, sermonem esse credam.

dam. Nimis fieri subinde solet, vt viri boni, iustitiaeque amantes, parum felices sint, ac multis insuper molestiis, opprobriis atque iniuriis afficiantur a malis & improbis; contra vero mali ac improbi homines per omnem vitam suam omni rerum copia, diuitiis, honoribus, gloria & voluptatibus abundant, felices ac fortunati vitam transigant. Videunt hoc gentium sapientiores, & de fortunae iniquitate sunt conquesti. Hesiodus de suo ferreoque tempore hunc in modum canit:

Ἄδε τις ἀνέρας ἔστεται, οὐτε δίκαιος,
ἀλλ' ἀγαθός. μᾶλλον δὲ κακῶν πεκτῆρα καὶ ψεύτηρα
Αἴρεται τιμήσαν.

Neque villa pii gratia erit, neque Iusti

Neque Boni. Magis vero, & maleficum iniurium

Virum colent. Oper. & Dier. v. 188. sq. Et iterum v. 268. sq.

Νῦν δὲ ἐγώ μήτ' αὐτὸς οὐ καθηρώπιστι δίκαιος

Εἰναι, μητ' εἷμας· νίκης. ἐπειδὴ κακές, αὐτερα δίκαιου

Ἐμπειναι, εἰ μίζω γε δίκαιος δικάτερος ἔξει.

Ego porro nec ipse. nunc inter homines iustus

Sim, nec meus filius; quando malum est, iustum

Esse, siquidem plus iuris iniustior habebit.

Et herus ille apud Aristophanem queritur: ἐψῶ θεοσέβης καὶ δίκαιος ὁ τὸν κακὸν ἔτερον, καὶ τὸν οὐτε. Ego cum vir esse iustus, integer & pius, in egestate aetatem egī, in opem ac misericordiam, in Pluto A. I. sc. I. Et Seneca sapientissimus, peculiari libelli, qui de prouidentia vulgo inscribitur, hoc fecit argumentum, cur bonis viris multa mala accidunt, cum sit prouidentia, quem Laertianus laudat, quod in eo multa sapienter

enter ac paene diuinitus elocutus sit, L. V. c. 22. Imo Epicurum vel hoc ipso fuisse commotum argumento, vt prouidentiam negaret, idem scribit Laertianus, L. III. c. 17. E Christianis idem queritur Boethius: imperante, inquit, florenteque nequitia, virtus non solum praemiis caret, verum etiam scelerorum pedibus subiecta calcatur, & in locum facinorum supplicia luit, de Consolat. Philos. L. IV. initio. Non immerito igitur Chrysostomus apud Sophoclem in Electra p. m. 126. ait: ἐστιν ἡ θεά χ' η δικη θράψη Φέρει, alicubi iustitia damnum affert. Aristides certe cognomen Iusti non sine odio & vindicta tulit. Cum enim Athenies in eo essent, vt ostracismo multarent Aristidem exilio; ipseque a quodam quaereret, cur tanta poena dignus duceretur, alter respondebat, se quidem ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod cupidè elaborasset, vt praeter ceteros Iustus appellaretur, vt Nepos, scriptor scitissimus, refert in V. Aristidis c. I. Plutarchus refert, quod ipse Aristides rogatus a rustico suum testulæ inscriperit nomen, in Vita p. 322. & in Apophthegm. p. 186. Alia exempla, utpote Pythagorae, Socratis, Phocionis, Catonis, addo Scipionis, Senecæ & aliorum, qui ob virtutem probitatemque a nefariis hominibus vexati sunt, recenset loco citato Huetius, conf. Cic. Orat. pro Sexto n. 139. sq. Muretus P. II. Orat. III. Pfannerus Theol. gentil. c. VIII. B. Gottfr. Olearii Iesus, der wahre Messias, p. 361. sq.

X. Hinc est, quod Trasimachus apud Platонem, in primo de Republica libro iniustitiam praeferat iustitiae, quod illa suos cultores felices ac beatos reddat, haec contra miseris, abiectos & contemptos relinquat plerumque suos. Idem argumentum postea oratione copiosa Glauco perficitur in secundo libro, & iniustitiam laudat, iustitiaeque prae-

praefert, variis in hanc rem allatis rationibus; quod natura sit melius iniuriam inferre, quam pati; quod ipsae leges ex hominum iniustitia natae sint; quod homo natura feraatur ad iniustitiam, iustum vero non nisi inuitus agat; quod iustitiam quidem cuncti publice laudent, priuatum tamen iniustitiam ei praferant, rideantque eum, qui, cum potuit, iniuste non egit. Tandem iustum cum iniusto comparat, & quae vtrumque fata maneat, Glauco exponit. Fingit autem iniustum, omnibus numeris absolutum, qui opinionem iusti habeat, & dicendi insuper facultate & potentia instructus sit, vt, si quid de eo mali nuncietur, vel aliud suadere, vel etiam vi reprimere possit. Iuxta hunc collocat iustum, simplicem & ingenuum, qui revera est, nec tamen aliis videtur, iustus, & vter eorum futurus sit beatior, non ex sua, quod ipse occupat, sed aliorum sententia pronuntiat. De iusto quidem dicit, quod supra Platonis verbis expressimus, quod flagra, tormenta, vincula, oculorum orbitalium, & post varia mala ipsam crucem perpessurus sit, atque sic cognitus, non esse, sed videri iustum concupiscendum esse. De iniusto autem ait, quod magistratus illi pateant, matrimonia optata, amici, diuiniae, aliaque obtingant. Ex qua disputationis serie palam fit ac manifestum, institutum esse Platonis edisserere, quid in vita humana subinde accidat, quidque homines, iniustitiae patroni & sectatores, de iustis dicant & sentiant, multa videlicet eos incommoda manere, ideoque praestare, iniustitiae studere, iustitiaeque tantum captare famam. Copiose autem hoc exponit, & argumentis in speciem verisimilibus amplificat, fictoque iusti exemplo in primis illustrat, vt perpicui doctoris muneri satisfaciat, & oculis quasi subiiciat illorum sententiam, ipseque suam deinceps sententiam, more Scholae Academicæ, posse sit

sit subiungere. Glaconi enim se opponit Adimantus, iustitiaeque causam suscipit, ostendens e Poetis, Hesiodo, Homerio, maximeque Musaeo, etiam iustis parata esse amplissima præmia, si non apud homines, tamen apud Deos atque inferos, vbi viri iusti omnibus affluent bonis & voluptatibus, iniusti autem coeno obruantur, coganturque aquas haurire cribro. Addit etiam, eadem suppicia manere iniustos, quae iustis Glauco tribuerat.

XI. Ad eundem modum Cicero, Platonis aestimator atque sectator fidelis, idem argumentum in III. de Re publ. libro pertractauit, cuius fragmentum nobis seruauit felicissimus eius imitator christianus, Lactantius, L. V. Diuin. instit. c. 12. Est quidem paulo longius; quia tamen ipsum Platonis locum, quem tractamus, latine reddit & interpretatur, dignum censeo, hoc loco quod legatur: *Quaero*, inquit, *si duo sint, quorum alter optimus vir, aequissimus, summa iustitia, singulari fide; alter insigni scelere & audacia; & si in eo sit errore ciuitas, vt bonum illum vtrum sceleratum, facinorosum, nefarium putet; contra autem, qui sit improbus, existimetur esse summa probitate, ac fide, proque hac opinione omnium ciuium, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiuntur oculi, damnatur, vinciatur, vratur, exterminetur, egeat; postremo, iure etiam optimo, omnibus miserrimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur; omnes denique copiae conferantur, vir denique optimus omnium existimatione, & dignus omni fortuna iudicetur: quis raudem erit ram demens, qui dubitet, vtrum sese esse malit?* Omisit hoc fragmentum Henr. Stephani in Castigationibus suis in Cicerone, editis Parisi. 1547. vbi locos Platonis a Cicerone interpretatos recenset. Idem Tullius, quod Plato agit, & sub persona

persona Furii, contra iustitiam disputantis, fictis duobus contrariis exemplis vtriusque, iustitiae & iniustitiae, si absit opinio, fructus contrarios ostendit, quodque Plato per Futurum de Iusto enunciat, per Praesens exponit, & conditio ni includit, omnemque occasionem cogitandi de mysterio praefcindit. Neque dubito, quin Laelius, qui pro iustitia differuit, vt obseruat Thysius, Annotat. ad loc. cit. Lactantii, Platonis repetierit responsum, vt sic tota tractatio illi priori respondeat; quam pluribus exponit Lactantius, cuius eo summa redit, quod virtus, etiamsi tam male habeantur eius cultores, praemiis tamen suis non destituatur, sed Deo iudice tandem accipiat, L. V. c. 18. Quemadmodum igitur in *Iusto* apud Ciceronem facta omnia sunt; ita nihil singulare, nihil mystici de *Iusto* illo Platonis concipiendum, qui docendi causa tantummodo confictus est, vt ostendetur, quae iustorum fata sint, quaeque illis in humana vita accidunt, si pro iniustis habeantur.

XII. Atque ita e veteribus Doctoribus christianis Platonem interpretatus est Eusebius, in Praepar. Eu. L. XII. c. 10. p. 583. vbi locum Platonis assert: Εξοι δε, inquit, οἱ ἄλλα διακίμενος ὁ δικτιος μαστιγώσεται, σρέθωσεται, οδόνοσεται, ἐκποτίσεται τῷ ὀφθαλμῷ, τελευτῶν πάντα πάχα ταθάν ανασκιδυταίνονται, καὶ γνάζεται, οἱ δὲ εἰναι δικαιοι ἀλλὰ δοκεῖν δει ἐγίλειν. Futurum quippe dicitabunt, vt iustus ille, (qui vere iustus esse studet, non autem videtur,) sic animo comparatus caedatur, torqueatur, vinciat, excoecetur, mala denique perpessus omnia in crucem agatur, sicque demum agnoscat, id bonini expetendum esse, non iustus vt sit, sed vt esse videatur. Haec Eusebius euenisce tum aliis iustis, tum in primis Prophetis, qui iustissimi cum essent, tanquam iniustissimi lapidati, secti,

secti, necatique sint, vt Ebr. XI. 37. dicitur; tum quoque Christi Seruatoris Apostolis, qui coelestem & diuinam iustitiam sectati, iniustitiae laborarint opinione, & grauissima quaeque sustinuerint, eoque omnia subierint, quae Plato commemorat: id sgitur egisse sic Philosophum, vt nostros quondam illos, religionis ac verae iustitiae laude clarissimos, praediceret. Similiter Lactantius, cum Ciceronis recensuerit locum, subiungit: profecto, quasi diuinaret, quae nobis mala, & quo modo ventura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum, L. V. c. 12. Theodoreus de curand. Graec. affect. L. VIII. cum dixisset, solere Deum iustos homines, dum sunt in vita, iniuriis, conuitiis, verberibusque subiicere, idem ait Platonem in sua Republica testari, & nostrum subiungit locum. Et e recentioribus Sebastianus Foxius, Comm. in h. l. Plat. p. 78. annotat; ex persona iniustos laudantium incommoda iustorum recenser, vt bis illi anteponantur. Recte Clemens locum Platonis contulisset cum eo, qui exstat in libro Sapientiae cap. secundo v. 12. Nam perinde, vt Plato, auctor docet, multa iustos incommoda & mala perpeti, vtpote tormenta, & mortem turpissimam. v. 19. 20. eosdemque solatur praemii, quae post hanc vitam iustis parata sunt, contra autem malos & impios terret poenit post fata lubeundis v. 22. sq. Auctor Sapientiae Philo creditur; vtrum antiquior ille, an recentior Alexandrinus, qui legationem ad Caium Caesarem suscepit, non aequem expeditum est inter Eruditos. Pro seniore suffragia ferunt Ianus Drusius, Gerhard. Io. Vossius, P. D. Huetius, El. du Pin & alii; pro Alexandrino stant Galatinus, Ludou. Viues, Mich. Waltherus pater, Henr. Kippingius, Io. Heinr. Heideggerus, B. Io. Franc Buddeus Hist. Eccles. V.T. To. poster. p. 1191. sq. aliquique complures. Hic si fuerit, qui πλατωνιστ̄ multa scripsit,

psit, videri possit locum Platonis ante oculos habuisse, & cum Esiae verbis coniunxisse.

XIII. Sed plures sunt, de Christo, qui locum hunc Sapientiae interpretentur. Ex veteribus huc pertinet Augustinus, de C. D. L. XVII. c. 20, in uno, qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur: impii quippe, imperfectores eius commemorantur dicentes: circumueniamus iustum, quoniam insuavis est nobis; conf. L. XII. contra Faustum Manicheum c. 44. Ambrosius L. II. de Offic. c. 6. 7. de benefic. patriarch. c. 3. Lactantius L. IV. c. 16. cum passionem Christi Prophetas multo ante descripsisse dixisset, tantum non primo loco verba afferat e Sapientiae Libro: circumueniamus iustum, quoniam insuavis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Barnabas in Epistola p. 13. verba eandem in rem afferat, sed ita, vt ex Esiae potius de propulsione videatur: διωμε, inquit, ήτε διων, οἱ δύσχρηστοι εἰσι. Ex recentioribus agmen dicit Galatinus, in Arcan. cathol. ver. L. I. c. 4. p. 11. Mich. Waltherus Praefat. Der Erleuterung über die Epistel an die Ebrider p. 3. qui varios in hanc sententiam laudat auctores, Huetius Demonstr. Euang. Prop. IX. c. 123. 126. inter oracula laudat V.T. quibus Christi probatur Passio. Auctor Sapientiae verba desumpsit ex LXX. versione Esa. III. 10. vbi legitur: διλαυη
τὸν διων, οἱ δύσχρηστοι εἰσι. Sed multum hi abeunt ab originali Ebraeo, vbi verba habent: זכְרָה צַדִּיק בַּיּוֹם
iusto, quoniam bonus. Facile est ad colligendum, quod Graeci interpres legerint זכְרָה, cum reddiderunt διλαυη, vinciamus, quod le Moigne obseruat: quid vero legerint, cum reddiderunt, οἱ δύσχρηστοι εἰσι, non indicat. Fortasse legerunt: בַּיּוֹם quia contentiosus est, vel negandi particulam legerunt insertam: בַּיּוֹם quia non bonus est.

est. Codice enim punctis haud instructo eos esse vios, multis comprobatur documentis. Vid. le Moigne Not. ad Varia Sacra p. 595. Io. Alb. Fabricius Proleg. in L. Sapient. § 16. p. 245. Non male obseruat Henr. Kippingius, quae scriptor de piis omnibus consignauit, ea scriptores posterioris aeui auxisse, vt speciatim ad Christum pertinere viderentur, de Script. Sacr. p. 132. sq.

XIV. Quae mens sit Platonis, dictum est haec tenus. De CHRISTO sermonem ei haudquaquam fuisse, permulta sunt, quae suadeant. In primis animo repetendum, quod extra sanctum illum coetum, cui Deus oracula, quibus mysteria diuina panduntur, concredidit, fuerit constitutus. Est autem illud christiana fidei arcanorum maximum, quod de Christi Seruatoris, iusti Dei Serui, passione credimus, nec aliunde, quam ex reuelantibus Dei ore ac suggestione cognoscimus. Sed fortasse non adstrinxit Deus ad Ecclesiam reuelationes suas, & extra illam quoque doctrinas coelestes patet fecit gentibus. Ita statuunt e veteribus Clemens Alexandrinus, Eusebius, Lactantius, Augustinus & alii, qui Sibyllarum, Hydaspis & Mercurii Trismegisti in hanc rem laudant vaticinia saepius. Longum foret hoc argumentum in praefentia exquirere, & vel per compendium eruditorum de eodem obseruationes repetere, quo de superiori fuse fatis differuimus; illud tantum addo, quod diuinior Psaltes ait, Ps. CXLVII. 20. Deum tali ratione haud ulli fecisse nationi, vt ei manifestasset iudicia atque statuta sua, praeter Iudaicam. Cui aduersum foret, quam maxime, si inter gentes multo clarius, apertius, ac sine omnibus inuolucris Deus patet fecisset futurae salutis mysteria, secus ac factum est Iudeorum genti, quam peculiariter, vt suam, dilexit, & suamet ipsius ac seruorum suorum voce erudiuit. Neque

que Paulus peculiarem aliquam gentis suae praecellentiam inde posset adstruere, quod commissa illi fuerint diuina oracula, Rom. III. 2. nec iure tempora ante Christum vocasset *tempora ignorantiae*, A&t. XVII. 30. aut doctrinam de reparata per Christum salute *mysterium* dixisset *a seculis absconditum*, Col. I. 26. Rom. XVI. 25. vt Calaubonus obseruat, Exerc. I. adu. Baronium, n. X. p. 65. sq. Praeterea non sit verisimile, ptudentissimum doctorem gentium, cum Deum se non expertem testimonii reliquisse inter gentes diceret, reticuisse ea, si qua fuissent vaticinia, & generatim ad beneficia quaedam Dei communia prouocasse, Actor. XIV. 17. sq., XVII. 23. lq. Cum enim Christum praedicaret crucifixum, atque hic stultitia gentibus esset, I. Cor. I. 23. ad Platonem, ipsis tantopere sapientiae nomine adamatum aestimatumque Philosophum, potuisset prouocare, atque demonstrare, quod dudum de eo haec scripsisset. Nihil itaque cognitionis de passionis Christi mysterio ex eiusmodi vaticiniis ad Platonem redundare potuit.

XV. Sed versatus est cum Iudeis in Aegypto philosophus, insuperque, si fides habenda grauissimis auctoribus, sacras voluit literas, atque ex iis potuit cognoscere, quod libris suis postea inferuit, mysterium. Neque existimandum, Iudeos adeo incognitos fuisse inter Graecos: nam Tyrii Graecis vendidere Iudeorum captiuos, quod Iobel in iis reprehendit c. III. 6. & Aristophanes in Pluto dicterium adhibet de Iudeis, cum *ψωλὸν appellam*, *recutitum* appellat Plutum, A&t. II. sc. I. Atque eo nomine a Clemente Alex. Plato dicitur *γη ἐξ ἡραίων Φιλόσοφος*, L. I. Strom. p. 274. & ex Numenio, Pythagoreo Philosopho, *Moses Atticiflani*, Strom. I. p. 342. Enim uero vt cum Iudeis in Aegypto eum versatum esse facile omnes concesserint;

cesserint; sic legeritne vnquam Sacrarum literarum monumenta, aut legere potuerit, non adeo res est expedita. Verum legerit Sacras Literas, praeter Mosis libros valere non potuit, quod plerique etiam tantum afferunt. Hos enim ante LXX. seniores graece translatos extitisse, (si qui Scripturae libri graece tum translati fuerunt,) Clemens atque Eusebius, ex Aristobulo, Philosopho Peripatetico, affirmant, et si Huetius ad partes tantum alias legis illam interpretationem restringat, Demonstr. Euang. Prop. IV. c. 12. §. II. Non dixerim cum nonnullis, in prioribus libris biblicis V. T. antequam Dauid Psalmos suos condidit, de passione & morte Christi nil quicquam legi; illud tamen affirmaero, ea, quae ibi exstant, obscuriora esse, multisque typis & vmbbris inuoluta, quam vt Plato, homo paganus, tam distincte mysterium tantum potuerit cognoscere. Eunuchus, reginae Candaces praefectus, legebat Esaiam, eo loco, vbi Euangelistam quasi agit, & omnium euidentissime de Christi perpessionibus scripsit, erat circumcisus seu proselytus, verum Deum adorauerat Hierosolymis, audierat sine dubio etiam, quae non diu ante Hierosolymis Christo euenerant, nec tamen assequebatur, de se, an de alio loqueretur Propheta, donec Philippus patefaceret, ac Iesum praedicaret, A&t. VIII. 27. sq. Numquid Platonem, hominem paganum, & idolorum cultorem, ante vaticinii euentum, in locis obscurioribus plus vidisse putabimus?

XVI. Dicat aliquis: habuit Iudeos, qui, quod Philippus Eunicho, ei praestare poterant, & diuina oracula de Christi passione & morte interpretari. Evidem Iudei ignorare non potuerunt, saltem non debuerunt, promissum Messiam multa passurum pro salute humani generis; tam distincte tamen, sicut Plato edisserit, eum flagra,

flagra, vincula & similia passurum, & tandem cruci suffigendum, eos cognouisse, non facile inducor, vt credam. Praedicta crux fuit a Prophetis, variisque typis ac symbolis, videlicet Agni Paschalis, aenei serpentis, signi literae Tau, vt est apud Huetium; Demonstr. Prop. IX. c. 127. & Christoph. Cellarium, Program. LXVII. conf. Anton. Bynaeus, Christ. crucifix. p. 74. Herm. Witsius, Oecon. Foeder. L. II. c. 10. §. 26. & aliorum ante significata fuit; verum obscuriora ea sunt, vt dubitem, eorum sententiam fuisse tam vulgatam ac familiarem inter Iudeos in Aegypto, vt cognitionem tam distinctam Platoni potuerint suggerere. Ea enim ex euentu clarius nunc percipiuntur, quam ante, quam res esset gesta atque impleta. Discipuli iam tertium annum Christo dabant operam, assidue cum ipso versabantur, saepiusque audierant, quae magistrum perpessiones atque supplicia manerent, nec tamen intelligebant satis ac capiebant praeiudiciis occupati, Matth. XVI. 21. 22. Singularia sunt Euangelistae verba de Christi discipulis, cum magister passionem & mortem eis suam clare praedicaret: sed (ita particula *ne* hic incommode redditur) illi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant, quae dicebantur, vbi ter idem repetitur, ad supinam discipulorum Christi ignorantiam significandam, Luc. XLIX. 34. conf. Aug. Buchneri Orat. de IV. Virgilii Ecloga, quae inter Festas est VII. Deinde sunt etiam apud Platonem aliqua de iusto enunciata; quae Christo repugnant, & euentui sunt contraria, vt quod tormenta passurus, oculis priuandus, & cognitus sit, non esse, sed videri iustum esse concupiscendum.

XVII. Haud vero iuerim inficias, quin ad Christum accommodari possit, quod de *Iusto* dixit Philo-

phus,

phus, vt apud Huetium supra factum vidimus. Multa enim apud Philosophos ac Poetas dicta legimus, quae non incommode ac religionis Christianae capita possunt aptari. Ita non praeter rem Laetantius Ciceronis locum, quem supra adscriptissimus, etiam ad Christianos sui temporis accommodat, qui innocentes pro facinorosis ac sceleratis habebantur, multisque affigebantur malis. Profecto, inquit, quasi diuinaret, quae nobis mala, & quo modo ventura essent, propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Haec enim populus noster patitur omnia, errantium prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas, vel potius orbis ipse totus, vt bonos, & iustos viros tanquam malos & impios persequatur, excruciet, damnet, occidat, L. V. c. 12. Plura possem addere profanorum dicta, quae non infeliciter Patres ad res sacras traduxerunt, si longior esse vellem. Dabit autem desideranti T. Pfannerus in Theologia Gentili.

XIX. Quid vero Clementem commouerit, aut commouere potuerit, vt de Christo locum Platonis acciperet, consideratione forte non indignum. Non quidem indicauit hoc, liceat tamen aliquid coniicere. Primo haud dubie Clementem eam in sententiam pertraxit, quod in unitatis numero sistatur *iustus*, ita descriptus, qualis inter homines vulgares non facile reperitur, & quidem cum articulo, in quo vim singularem alias Clemens obseruat, Strom. L. III. p. 460. Verum insolens Platoni non est, rem aliquam ita describere, vt animo potius eam conceipere, quam re ipsa cernere, vel sperare liceat, vt vel exemplo patet formatae ab ipso reipublicae. Vid. Conringii Prud. ciuil. p. 348. Unitatis numero vtitur, vt personam contra iustitiam disputantis, & iniustitiam laudantis, recte sustineat, sententiamque clare proponat, atque adeo perspicui doctoris munere fungatur. Est enim tanta

O

vis

vis in exemplo singulari, ut multum ad docendum valeat, & oculis quasi rem, de qua agitur, fistat atque exhibeat. Neque vero vnam atque singularē personam intellexisse Platonem, e responsione patet Adimanti, qui pro singulari numerū multitudinis substituit, & quae acerba Glauco dixerat iustos, eadem iniustos manere affirmat. Eius verba addo: ἀπει γλαύκων τερπὶ τὸν διάκονον, δοξαζομένου δὲ αἵδης, δῆλθε τιμωρήσαται, παῦτε περὶ τὸν αἵδην λέγεσθαι. Quaecunque supplicia eorum narrabat Glauco, qui iusti sunt, & videntur iniusti, eadem insuper iniustorum narrant, alia non habent. Articulus saepe quidem rem, vel personam certam, definitam ac singularem significat; verum non minus saepe tali eum vi carere, & prorsus abundare, & vsus auctorum ostendit, & Grammaticorum testimonia confirmant. V. Glassii Philol. Sacr. L. III. Tr. II. Can. III. p. 175. B. Stolbergius de Soloecism. Diff. add. p. 216. seq. Et si per iustum singularis ac certa quaedam persona, per iniustum quoque, eidem oppositum, certa persona intelligenda erit, quae vero nec fingi potest.

XIX. Alterum, quod inducere potuit Clementem, vt de Christo sermonem esse crederet, sine dubio fuit, quod quae Christo euenerunt acerba ac dira, vtpote flagra, vincula, crux, tam distinete apud Platonem legantur, ac si rem gestam describeret. Enimvero cum Plato enumerare constitisset, quibus malis iusti soleant affici, qui tamen pro sceleratis habentur, non poterit, quin flagra, tormenta, vincula, oculorum orbitatem, palum vel crucem nominaret. Haec enim erant vsu recepta apud eos poenarum ac suppliciorum genera, quibus facinorosos excruciantur. Innuit hoc Adimantus in responsione ante laudata, & vltimis maxime verbis: *alia non habent.* Similem vero in modum Seneca: *iniquum est bonum vivum*

rum debilitari, aut configi, aut alligari, de Prouidentia c. V. Et in Sapientiae libro improbi talia aduersus iustos agitant consilia: *contumeliam & tormento interrogemus eos; morte turpissima* (crucis haec mors est) *condemnemus eum,* c. II. 19. 20.

XX. Illud vero non omiserim, quod vel potissimum censeri debet, conatum puto persuadendi gentilibus, religionis christianaē capita non esse noua, sed a veteribus philosophis vel iam credita, vel etiam praedita. Gentiles etiam condemnebant fidem christianam vel propterea maxime, quod esset noua, & Deum cruci affixum crederet. Constat, inquit Casaubonus, *nihil magis olim paganos aueruisse a fide in Christum, quam opinionem nouitatis,* Exerc. XVI. n. 43. p. 480. Quod ad crucem attinet, Paulus Apostolus de gentibus scribit, quod *Christi crux illis sit stultitia,* 1. Cor. I. 23. Et Augustinus, cum Porphyrio, gentilismi propugnatore acerrimo, disputans: *Christum, ait, esse non credis; contemnis enim eum propter corpus ex semine assumptum, & propter crucis opprobrium,* L. X. de C. D. c. 28. Hinc christiani doctores id agebant maxime, vt docerent, gentium sapientes, cum primis Platonem, quem omnes magni aestimabant, vel eadem, vel non dissimilia sensisse ac docuisse, nec esse noua, quae christiani crederent, sed vetera, & in melius tantum interpolata, obseruante B. Iac. Thomasio, de Stoic. mundi exust. §. XV. Qualemque igitur apud Philosophos si inuenirent dictorum similitudinem, consentanea dicebant esse Scripturae Sacrae, quanquam de rebus diuersissimis loquerentur, & a sacris mysteriis longe alienis. Pluscula in hanc rem diximus in Techn. Sacr. p. 53. seq. 144. seq. conf. Io. Clericus Epist. Critic. passim, & p. 314. sq.

XXI. Quo magis vero lectione veterum & omnis antiquitatis doctrinae instructus ac praeparatus accessit Clemens Alex. eo magis in hoc genere elaborauit. Qui impetus eo Patrem eruditissimum abripuit, vt multa scriberet Doctore Ecclesiae tanto indigna. Etenim testimonia Platonis & aliorum profanorum scriptorum fere non minus frequenter, quam Sacra suis in scriptis laudat, Sacrae Scripturae dicta ad Philosophorum sententiam accommodat, eorumque errores sequitur, vt sunt: Denique gentibus, vt eas per Philosophiam saluaret, suos dedisse Prophetas; Paulum Apostolum Graecos remittere ad libros Sibyllinos, & ad Hydaspis oracula, vt de Filio Dei veritatem inde hauriant, & eius generis alia. Haec & alia in Clemente notata videantur apud Casaubonum Exerc. I. n. X. p. 68. Dallaeum, de vero vsu Patrum L. II. c. 4. p. 25. Iac. Thomasum, Schediasm. §. 46. B. Thom. Ittigium Hist. Eccles. Sec. II. p. 231. sq.

XXII. Non improbamus conatum illum ac studium propagandi fidem christianam, cum Paulum Apostolum auctorem & ducem habeat, Act. XVII. 23. sq. Sed tamen maior si adhibita fuisset cautio a veteribus ac prudentia, maiisque circumspectio, nec conficta fuissent oracula, adhibitaque in subsidium, melius fortasse consuissent & sibi, & Ecclesiae. Plures enim Platonem magis secuti, quam Scripturae Sacrae oracula, varios errores in Ecclesiam inuixerunt; quod variis exemplis monstrauit Colbergius in Libro de origine & progressu Haeresium. Dei verbum, quod est *αὐθόντις πνεῦμα τοῦ δυνάμεως, ostensio spiritus & potentiae*, hoc est, demonstratio spiritualis & efficax, 2. Cor. II. 4 non indiget persuasoris humanae sapientiae verbis, & per se ipsum est *potentia*

potentia ad salutem omni credenti, Rom. I. 16. In hoc nos *Dei sapientiam*, hoc est, *Christi crucem*, quaerimus; & praecones certissimos, testes non dubios, Euangelistas & Apostolos, post quos alios non agnoscimus, testimoniaque non fallentia crucis inuenimus.

CAPVT QVARTVM.

DE

TESTIMONIIS GENTILIVM,
QVORVM IN N. E. FIT MENTIO.

ARGUMENTVM.

- I. Christi crux & baptismus fundamentum christiani nominis.
- II. Pilatus Christo perhibet testimonium in crucis inscriptione. Variat inscriptionis subiectum apud Euangelistas, non praedicarum. Crux ab Helena inuenta dubis.
- III. Pilatus regem Iudeorum appellat, nec mententur vel verba mutat. Inscius fit praeco veritatis. Num in Christi ignominiam posuerit titulum.
- IV. Epistola Pilati ad Tiberium. Varii auctores eam exhibent. Variant nonnihil exempla.
- V. Αναφορὰ Pilati ubi exstet?
- VI. Acta Pilati commemo-
rant vereres. Exstant sub titulo: Euangelium Nicodemi. Laudant Tertullianus, Eusebius, Orosius, alii.
- VII. Pilati acta in Iudea sine dubio fuerunt conscripta. An Christiani viderint, dubium. Quae Patres viderunt, spuria sunt.
- Epistola Pilati conficta, vel stili & tituli indicio.
- VIII. Tiberius Christum in numerum Deorum voluit recipi. Ita Tertullianus, Eusebius, Orosius, alii.
- IX. In dubium vocatur institutum Tiberii. Recensentur argumenta.
- X. Respondetur ad argumenta.
- XI. Pilatus rem gestam per-
scripsit

scripsit ad Tiberium. Christignus non fuit. Non sine Dei prouisione negata fuit Christi anno θ̄ατος. XII. Centurionis testimonium. An omnibus tribuendum sit militibus? An Dei Filius creditus sit, p̄ti Hercules? melior mens prae sumitur. XIII. Quo sensu bominem iustum dixerit? Quae de nomine centurionis & praetorio Christi referuntur, dubia sunt. Primitiae Christianorum e gentilibus fuere milites. XIV. Puella gentilis, vel potius spiritus Pythonis Christo perhibet testimonium, Acto. XVI. Num fuerit venitiloqua? Christus & Paulus daemonis non admisere testimonium.

I.

Crucis mortem, quam Christus subiit, atque baptisum supra diximus fundamentum esse christiani nominis, de iis nunc dicemus, qui non-christiani fuerunt, & benignius de Christo senserunt, & paucis dis quiremus. Initium faciemus ab iis, quorum Sacra Scriptura facit mentionem: Nec vero aduocabimus magorum testimonium, quod primi e gentibus dederunt Christo, Regem Iudeorum venientes adoratum, Matth. II. Si Iudei fuissent, ablegati a Iudeis ex alibus in Perse, vel Babylonia, vel Syria, quod Vir clarissimus statuit, vid. Syria, Graeca p.74.sq. non regem illi fuissent adituri, v. 3.7.8.9. sed Sacerdotes & Legisperitos; imo ipsi perinde, vt isti, sciuisserent locum nativitatis Bethlehemum, v. 4.5.6. Neque disquiremus de statua, quam mater Syrophoenissa, cuius filiam a daemone agitatam sanauerat Christus, Matth. XV. 22. sq. Christo erexisse scribitur, apud Eusebium, Hist. Eccles. L, VII. c. 16. V. Buchner, Orat. Fest. p.62. illud Euangelista diserte prodit; hoc traditione nititur, atque confictum est, quo de in peculiari Dissertatione fusius agit Theod. Hafaeus.

II.Pri-

II. Primus in medium prodeat Pontius Pilatus, Tiberii Imperatoris nomine Iudeae procurator. Is cum Iesum, flagitantibus Iudeis, crucis condemnasset suppicio, mortisque causam, vt mos erat, (Lipsius de cruce L. II. c. II.) imponeret cruci, his usus est verbis: Ἰησὸς ὁ Ναζωραῖος ὁ Βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν. IESVS NAZARENVS, REX IVDÆORVM, Ioh. XIX. 19. Differunt nonnihil Euangelistæ ceteri quod ad subiectum; Matthaeus enim ita refert: ἐπος ἰησοῦ ἵντες ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν. HIC EST IESVS, REX IVDÆORVM. Marcus: ἵντες βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν. REX IVDÆORVM. Lucas: ἐπος ἰησοῦ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν. HIC EST REX IVDÆORVM. Sed in praedicato omnes conueniunt, vt reliqui sententiam, Iohannes autem, totius rei gestae spectator, Ioh. XIX. 26.35. ipsa Pilati verba, diuinis suggeste Spiritu, descriptissime videatur. Nisi cum Sam. Reyhero statuere velimus, trilinguem fuisse & inscriptionem, quod Lucas & Iohannes prodiderunt, & tribus diuersis tabulis inscriptam, & quoad verba etiam variam fuisse, prout ipse delineauit in Diff. de crucifixi Iesu titulis c. VIII. p. 17. aut ita malimus componere diuinos scriptores, vt integer hic titulus emergat: ἐπος ἰησοῦ ἵντες ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰudeῶν. HIC EST IESVS NAZARENVS, REX IVDÆORVM, quem graece tabulae inscriptum exhibet, cum insolens haud fuerit Romanis. demonstrandi uti vocula in eiusmodi casu, & eam quoque addiderit Syrus interpres, etiam apud Iohannem, qui eam non habet; nec non Iohannis Paraphrastes, Nonnus, & Ammonius, Concord. Euang. p.m. 234. Est haec sententia summi Theologi, Ioh. Gerhardi, in Harmon. Euang. h.l. v. Casaubon. Exerc. XVI. adu. Baron. n. XXCVI. p. 562. sq. Anton Bynaeus in Christo crucifixo c. XVII. §. 32. Iohannes tamen verum consignasse titulum videtur, utpote te stis

stis oculatus, i. Ioh. I. 1. Ambrosius refert, quod, cum Helena Constantini M. mater, trecentis circiter post annis crucem Christi perquisiuit, & tres cruces inuenit, ex titulo adhuc integro, prout a Iohanne descriptus est, cruci affixo dignouerit Christi crucem, Serm. de obitu Theodosii. Sozomenus etiam tabulae, isto ebraicis, graecis & latinis literis inscriptae titulo, meminit, at separatim inuentae, Hist. Eccl. L. II. c. 1. Et ita fere Socrates Hist. Eccles. L. I. c. 30. Verum narrationem istam de cruce Christi vel vnius Eusebii, fuse accurateque de Constantino M. & Helena agentis, huiusque pietatis opera & iter Hierosolymitanum recensentis, silentium suspectam reddit. Interea ex instituto perquisiuit hoc argumentum Ven. Io. Andr. Schmidius in Dissert. de crucis dominicae per Helenam inuentione, & propter multa veterum testimonia vere eam fuisse inuentam existimat, eamque magis ex titulo, quam ex vi medica fuisse agnitam scribentibus accedit. Num vero Romae titulus ille seruetur, disquisitione indiget. Sulpit. Seuer. Histor. Sacrar. L. II. p. 143. ed. Drus. Sixtus Senens. Bibl. Sacr. L. II. p. m. 195. Caracciolus de titulo crucis c. 19. & c. 42. 43. Io. Wolfius Memor. Tom. II. p. m. 243. Salmas. Epist. de cruce pag. 269. seq. Bynaeus loc. cit. §. 35. Henningius Archaeol. pass. c. 21. §. 9. 20.

III. Paganus homo haud nouerat Iesum, nisi ex accusatione Iudeorum, tum aliorum malefactorum, tum in primis regni affectati hominem actum reum, eumque propterea, etsi innocentem cognouerat, condemnarat, Ioh. XIX. 12. 16. Fallit enim Laetantius, dum scribit, quod ipse Pilatus sententiam haud pronunciarit, sed Iudeis secundum legem tradiderit iudicandum, L. IV. c. 18. In inscri-

inscriptione tamen *Regem Iudeorum* appellat, idque tam constanter, vt, cum mutari titulum vellent Iudei, istaque mutatio scenae tragicae nil praeiudicaret, nec Romano repugnaret iuri, haud quicquam his concederet, v. 21. 22. *Deo rem ita dirigente, ut etiam ex ore hostili gloriae christiane magnitudo testata inueniretur*, ceu loquitur Matth. Bergengerus Obs. Misc. n. XI. p. 77. Testatus est igitur Pilatus, saltem ignorans, Iesum etiam crucifixum esse *Regem Iudeorum*, quem paulo ante coram ipso se esse fuerat confessus, eoque Flum Dei, Ioh. XVIII. 36. 37. XIX. 7. hoc est, Messiam ac Seruatorem Iudeis promissum, tantoque opere desideratum. Ita quod in ignominiam Iesu erat cogitatum, Dei consilium in eius gloriam vertit, & veritatis nescius factus est testis veritatis, Caiphae exemplo. Titulus igitur iste reuera glorioissimus fuit, etsi Pilati iudicio ignominiosissimus fuerit, secundum Sextum Senens. Biblioth. L. II. p. 95. quanquam videri queat, Pilatum, qui tantopere laborabat pro dimittendo Iesu, non tam ignominiae causa, quam in excusationem ac defensionem iniurioris sententiae titulum hoc modo praefixisse. Seb. Schmidius Diff. Academ. p. 179. sq. Dannhavverus ibid. p. 216. Calixtus Concord. Euangelist. p. 399. Praeclare Synesius Cyrenaeus, Ptolemaidis Episcopus: καὶ Ιησοῦς, inquit, τὸ ἐπίγραμμα τὸ σαυτὸν γεγόνος ἀπὸ γνώμης ὡς ἐνσεβῆς σεμνὸν ἦν ἐπὶ λέξεως, διὰ τὸ Βασιλεὺς ὁ χριστὸς ἐκπύλετο. *Ipsa crucis inscriptio ut non religioso ab animo profecta, at verbis ipsis perbonorifica exstitit, quibus Rex Christus praedicatur,* Epist. LVIII. p. 202. edit. Petau. Et Sedulius L. IV. oper. Paschal. p. m. 558. ed. Georg. Fabricii:

Scribitur & titulus (al. scribitur in titulis) hic rex est Iudeorum;

*Quod nihil a Deitate vacet: nam coelitus aetum
Hoc Hebraea refert, hoc Graeca Latinaque lingua,
Hoc docet vna fides, vnum ter dicere Regem.*

V. Act. Erudd. 1699. p. 127. B. D. Buddei meditatio paschalis de Pontio Pilato, Euangelicae veritatis teste, 1717. quae legitur iam in Medd. Sacr. p. 79. sq. a Seelen Medd. Exeg. P. I. p. 379. sq.

IV. Sed fortasse plura & clariora Pilati de Christo testimonia habemus. Exstat eius Epistola ad Cl. Tiberium Neronem, apud Sextum Senensem L. II. Biblioth. S. p. m. 95. quam ex Orthodoxographis exhibet B. Mich. Waltherus Pater, Praefat. der Erklärung des Briefes an die Ebräer p. 38. & Io. Reiskius de imag. Iesu Christi, Exerc. VII. c. I. p. 154. & auctores, Der unschuldigen Nachr. an. 1702. p. 245. sq. & Anton. van Dale p. 609. sq. & alii, in qua & recensentur Christi miracula, & iniqua eius accusatio, crucis supplicium, & resurrectio, additurque, quod ob miracula vulgo inter Iudeos & plebem *Dei Filius* fuerit habitus & appellatus. Verba sunt: *fecit alia quoque permulta miracula, vt vulgo etiam inter Iudeos & plebem, Dei Filius diceretur.* Exstat quoque Pilati ad Tiberium Epistolam in Pseudo-Hegesippi Anacephala eos f. m. LXVI. b. quae recentior est ipsis de Hierosolymitano excidio libbris, ex his consarcinata, secundum Io. Frider. Gronouium Obs. in Scriptor. Eccles. c. XXIV. p. 265. 267. vnde Baronius eam Annalibus suis inseruit, an. XXXIV. n. 228. aliique repetierunt. Exibet eam & Io. Alb. Fabricius in Cod. Apocr. N. T. p. 298. sq. vbi plures indicat, eam qui

qui recensent. Est ea inscripta *Claudio*, quo in titulo Baronius certum esse ait errorem, si qua fides adhibenda epistolae, quia Claudius loco Tiberii ponatur, quem tamen aliunde irrepsisse putat, loc. cit. Sed Claudius is ipse Tiberius est, vtpote Claudiorum perantiqua ac celebri familia prognatus, dictus & ipse *Claudius*. Indicat hoc Suetonius: *in castris, inquit, tiro etiam tum propter nimiam vini auditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius; pro Nerone mero vocabatur.* Dictus itaque *Claudius* fuit, et si post adoptionem Tiberii, minus est frequens *Claudii* nomen. Sueton. v. Tiber. c. I. sq. c. XLII. Verbis ea nonnihil discrepat a priori, & minus latine sic fluit, vt ex Graeco, a graece minus perito, translata videatur; hoc tamen ibidem quoque legitur, quod omnis populus Iudeorum *Dei Filium* esse dixerit. Sic enim scribit: *cum omnis populus Iudeorum eum Filium Dei esse diceret, inuidiam contra eum passi principes Iudeorum* (Graeca haec phrasis est,) *& tenuerunt eum, mibique tradiderunt.* Nec forte dissentient in hoc exemplaria cetera, quorum adhuc tria, ab inuicem quae disperant, meminit B. Ittigius, Appendix. ad Haeresiarch. c. II. §. 14. p. 9. Ex his vnum est Epistola Graeca, quae exstat in Biblioth. Vindobonensi, teste Lambecio, qui initium eius exhibet, L. V. Bibl. Vind. p. 23. conf. Nesselius Catal. Manuscript. Graec. Bibl. Caef. p. 349. quae a prioribus num multum diuersa sit, ii iudicare poterunt, quibus illam datum est inspicere. Putauerim vero, haud magnum, vt in reliquis exemplaribus, fore discrimin. Aliam adhuc addit Fabricius loc. cit. p. 300. conf. Act. Erudd. 1721. p. 387. Quod si fides habenda foret Actis Petri cum Simone Mago, quae Marcelli nomen praeferunt, Petrus de Christo, quis esset, a Neronе quæsusitus, Pilati literas ad Claudium produxit, ceu

laudatus modo Ittigius indicauit. Fabricius Cod. Apocr. p. 299. sq. conf. P. III. p. 479. Act. Erudd. 1699. p. 127. Wockenii Diff. de Pontii Pilati Epistola ad Tiberium circa res Iesu Christi gestas.

V. Exstat etiam *Αναφορά πιλάτου*, *Relatio Pilati Praefecti de Iesu Christo*, Domino nostro, missa ad Tiberium Imp. quam graece & latine exhibit celeb. Fabricius, in Cod. Apocr. p. 972. sq. conf. P. III. p. 456. sq. Quae num eadem sit, quam Cotelerius Volum. II. Part. Apostol. p. 162. ed. Antwerp. in Cod. Reg. n. 2431. sub titulo : *Αναφορά πιλάτου τιβερίου* exstare testatur, dicere non habeo. Recensentur in ea Christi miracula, passio, & mors, & resurrectio ita, ut addantur quaedam, de quibus nihil sacra in historia occurrit.

VI. De Actis Pilati frequens apud scriptores fit mentio. Exhibitentur Acta Pilati, quae titulum Euangelii Nicodemi praeferunt, in Fabricii Codice Apocr. p. 214. sq. conf. P. III. p. 481. sq. Christum Iesum Dei esse Filium non semel ibi asseritur. Ut alia plura omittam, Annas & Caiphas, a Pilato adiurati, ex scriptis Testamenti Veteris tandem colligere & affirmare introducuntur: *& sic apparet, quod Iesus, quem crucifiximus, Iesus Christus, Dei Filius, est verus & omnipotens Deus*, p. 297. Certe Tertullianus, Patrum inter Latinos antiquissimus, Apol. c. 21. ea omnia, inquit, *super Christo Pilatus, & ipse iam pro sua conscientia Christianus, Caesari tum Tiberio nunciauit*. Inter ea quid relatum fuerit, e cap. V. colligamus, ubi ait, *quod illic in Palaestina veritatemi illius diuinitatis reuelarit*. Eusebius L. II. Hist. Eccles. c. 2. scribit, quod Pilatus retulerit inter alia commemorata, *τη μελα θαραντον την ρεκρυπην αιασας ην θεος*

Θεος ειναι τωπα τοις πολλοις ινεωισεντο, quod ad vitam denuo reuocatus a plerisque iam Deus haberetur. Et Orosius L. VII. c. 4. *quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur*. Apud Gregor. Turonensem in Actis Pilati milites custodes fatentur, se Filium Dei reddere non valere, Hist. Francor. L. I. c. 21. conf. Nicephorus L. I. c. 8.

VII. Num hi Epistolam aliquam habuerint in mente, an Acta aliqua ab illa diuersa, non licet definire, cum nullius diserte mentionem faciant, quamquam Tertullianus, dum nunciasse scribit, ad Epistolam respexisse videatur. Iustinus Martyr quidem *Acta* nominat, in Apolog. II. p. 76. conf. p. 86. Verum haud vocat *Acta Pilati*, sed *την ποντιανην ινιαντα*, quae sub Pontio, seu, res moderante in Iudea Pontio, confecta sunt. Itaque sic potius existimari potest, Acta fuisse de rebus sub Pontio Pilato in Iudea gestis, quam illa Pilati authentica in conspectum venisse & usum christianorum. Praesides prouinciarum ad Imperatores retulisse, quid gestum fuerit tum a se, tum ab aliis in prouinciis, vel Plinii exemplo ex Epistolis ad Traianum edocemur. Nec verisimile est, Pilatum ab isto recessisse more, nec a se gesta significasse, maxime cum res eslet tanti momenti, tot tantisque miraculis confirmata, & ille de medio sublatus, qui se regem Iudeorum non negarat. Num autem Epistolae & Acta Pilati genuina in manus christianorum vnumquam peruerterint, dubium videri possit, cum in tabulariis Romae religiose talia asseruarentur. Hinc nec Iustinus, nec Tertullianus, nec Eusebius exemplum Epistolae, vel Actorum exhibent, aut se vidisse affirmant; nisi fortasse aliquis, quod Casaubonus existimat, qui tractauit eiusmodi scrinia, factus christianus rem istam communicauerit cum suis, vnde postea Epistolae pariter & Acta a christianis, vti oracula Sibyllarum,

larum, Hermetis Trismegisti, Hydaspis & alia eiusdem generis scripta sunt efficta. Fabricius Cod. Apocr. p. 214. sq. Van Dale de Oracul. p. 609. sq. Et licet meminerint Actorum Pilati tum Eusebius, L. IX. H. E. c. 4. tum Epiphanius Haeret. L. spuria tamen & subdititia ea esse, illa quidem a gentilibus conficta, multisque aduersus Christum blasphemias referta; haec autem a Quartodecimanis usurpata, a prioribus sine dubio diuersa, illi ipsi, qui ea commemorant, autores significant, & recentiores agnoscent & confirmant, in quibus ipse est Baronius, Annal. an. XXXIV. n. 230. Sixtus Senens. loc. cit. Nec Epistolam Pilati genuinam esse, vel solum dictio[n]is genus ac titulus minus visitatur probaverit, vt alia nunc breuitatis causa taceamus argumenta. Sermo est eiusmodi, quo Tiberii seculo non dico Procuratores prouinciarum ad Principem, sed vix vernaie illorum inter se vtebantur, vti scribit de ista Epistola I. Fr. Gronouius Obs. in Script. Eccles. c. 24. p. 268. conf. Ittingius Hist. Eccles. Sec. I. c. VII. §. 58. p. 411. Cesaubon. Exerc. XVI. adu. Baron. n. 154. p. 675. Ottius Annal. Eccles. an 34. §. 66. Caeu Hist. Literar. P. I. p. 18. Basnag. Exerc. Histor. Crit. p. 142. sq. Tillemont Histoire Eccles. Tom. I. P. II. not. 19. p. 724. sq. Jo. Reiskius loc. cit. p. 163. sq. Van Dale de orac. p. 608. sq. Laterem ergo lauat Honorius de S. Maria, cum Pilati Acta & ad Tiberium Epistolam tanquam monumenta γνῶσα defendit. Act. Erudd. 1724. p. 183. Germ. P. 133. p. 709. sq. Exstat Diff. de Pontii Pilati ad Tiberium Epistola circa I. G. res gestas, Londini 1720. Bibl. Brem. cl. V. p. 172. sed eam his in oris frustra quaesieris.

VIII. Neque tamen dimittimus Pilatum. Etsi enim nihil ab ipso profectae relationis exstat, genuinum quod sit; ipse tamen de diuinitate Christi, quae vulgabatur per Iudeam,

am, ad Tiberium Imp. scriperit oportet, si eius relatu factum est, vt Tiberius ad Senatum retulerit *de Christo Deorum numero inferendo*. Prodidit hoc Tertullianus Apolog. c. V. XXI. Tiberius annunciatum sibi ex Syria Palaestina, quod illic veritatem illius diuinitatis reuelarat, detulit ad Senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non in se (ipse legit Cl. Fabricius, quoniam apud Eusebium leg. αὐτὸν scil. οὐγκλητος, ipse Senatus, quae lectio ex Orosio quoque confirmatur,) probauerat, respuit; Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus christianorum. Repetit haec Eusebius, ad Tertullianum prouocans, & fusius non-nihil enarrat ac declarat, tum in Chronico, p. m. 159. tum in Histor. Eccles. L. II. c. 2. Nec minus fuse copioseque Orosius L. VII. c. 4. Tiberius, inquit, cum suffragio magni fauoris retulit ad Senatum, vt Christus Deus haberetur: postea causam exponit, cur Senatus, & praecipue Seianus, restiterit, omnes tamen, Deo vindice, grauissime luerint, a Tiberio plerique trucidati. Orosii verba descripsit Albertus Stadensis, Chron. ad an. XXXVIII. p. 39. quem lubens addo, cum sine censu eum fere reliquerint, hoc qui tractantur argumentum. V. Th. Hasaei Diff. mox citanda §. II. p. 5. seq. Quac de Seiano addit Orosius, prudens omittit, cum rem gestam in annum reiiciat XXXVIII, quo Seianus perierat dudum, quippe qui an. XXXI. ad d. XV. Cal. Nouembr. interiit. G. I. Vossius de Passione Christi §. XXIV. An magni fauoris pro magno fauoris suffragio, (neque enim haec prorsus idem significant) ex Orosio legendum sit apud Albertum, alii exquirant. Georg. Syncellum, Eutychium, Patriarcham Alexandr. Zonaram, Auctorem Chronicorum Alexandrini, Gregor. Turonensem, Haymonem, Nicephorum, Cedrenum, Ottonem Frisingensem & alios, qui idem argumentum

mentum repetunt, duces secuti priores, alii addunt, & in his laudatus modo Fabricius, Cod. Apocryph. p. 217. sq.

IX. Multum discrepant eruditorum iudicia de Tiberii ad Senatum pro Christo cooptando Deo rogatione. Plures eam in dubium vpcant, & nouissime multo argumentorum apparatu impugnauit post Tanaq. Fabrum L. II. Ep. 12. Sam. Basnagius Exerc. Hist. Crit. adu. Baron. ad an. XXXV. n. 29. p. 136. sq. itemque Anton. van Dale de Oracul. p. 451/seq. 608. sq. Praeter eos, conf. Ovvenus Theologum L. III. c. XIV. §. 3. p. 283. Kortholt de Persec. Eccles. praelim. p. 7. sq. Clericus Hist. Eccles. Sect. I. §. 96. Lenfant praepar. Sc. 5. p. 310. sq. M. Georg. Christ. Wagner in Misc. Lips. To. IV. p. 161. sq. Rationes eorum eo fere redeunt, vt obiiciant: solum Tertullianum auctorem narrationis esse, & causae christianorum vndeunque praefidium, etiam ex fictis narrationibus, quaerere: deinde etiam vrgeant silentium Iustini Martyris, qui Romae tamen non adeo multo post fuerit verlatus, vt in recenti potuerit esse memoria efflagitata Christi apotheosis, eaque fidem Antonini extorquere; itemque dissensum Tertulliani & Chrysostomi, qui ita rem referat, vt Tiberius rogarit Senatum, num suis quoque suffragiis Christum vellet creare Deum, vt non Tiberii voluntas, sed votum fuerit; repugnantiam voti Tiberiani & totius Romanorum religionis, quae penitus sublata fuisse per vius Dei cultum christianorum; pugnam Tertulliani cum Luca, dicens, christianum nomen Tiberii tempore in seculum introiisse, quod aliquot annis post sub Claudio demum est factum, secundum Lucam; mortem Christi tragicam & abiectionem, quae stultitia erat gentibus, 1. Cor. I. 24. hostilem Pilati animum erga christianos, etiam post mortem Christi & resurrectionem, Act. IV. 27. persuasionem de corpore Christi

sti furtim sublato; contemptum religionis Iudaicae; Tiberii absentiam, qui vltimis annis in Insulam Capreas concessit, ibique est commoratus; animum Tiberii vltimis temporibus libidinibus vacantem, omnique religione exsolatum, Aegyptiisque & Iudaicis ritibus aduersantem quam maxime; senatum ad adulacionem cetera compositum, nec quicquam Tiberio negantem; silentium scriptorum paginorum, & in primis Taciti, qui res Tiberii tamen cum cura soliciteque descriperint, & quae sunt alia.

X. Sunt omnino dubia non levia, nec contemnenda; ad quae tamen etiam quod responderi possit, haud deesse existimo. Solus est auctor Tertullianus; sed fidei tamen satis probatae, eo quod ipse seculo a nato Christo secundo Romae vixit, & paganus diu, in foro versatus occasionem habuit tabularia recognoscendi, & de tabulis requiriendi, qui cum publice ad Romani Imperii antistites, Romae agentes, scripserit, causamque egerit christianorum, credibile haud est, eum voluisse fallere, cum verendum ei fuisse magnopere, ne falsitatis publicis ex tabulis argueretur, causamque christianae fidei magis proderet, quam adiuvaret. Accedit, quod nec christiani, nec pagani, quod constet, eius narrationem in dubium vocarint. Solus etiam Iosephus auctor est, Tiberium Roma pepulisse Iudeos, propterea quod Fuluiam, nobilem feminam, eamque profelytam, perfide bonis emunxerint Iudei, Ant. L. XVIII. c. V. & fidei tamen inuenit. Accedit vero testimonium Eusebii atque Chrysostomi, Ven. Moshemius, Histor. Eccles. Sec. I. P. I. §. 2. Io. Fr. Mayerus, Eclog. Euang. P. I. p. 626. seq. Iustinus Martyr non plane silentio transmittit acta sub Pilato; filet autem flagritatam ἀπογέτειν. Neque enim idem omnibus est perquirendi studium, nec in eos semper incidunt,

Q

dunt, qui rei cognitionem habent. Haud facile ea potuerunt cognosci, nisi ex tabulis publicis, vel aliquo Senatus, qui tamen secreta habere solebant gesta in Senatu, & ne suis quidem enunciabant. Tertullianus atque Chrysostomus non ita aduersantur sibi, quo minus conciliari queant. Rogauit Pilatus, & ex huius relatione votoque etiam Tiberius, vt Deus cooptaretur Iesas, quod tale quid sine Senatus auctoritate non fieret. Tiberius autem non ita Christum voluit Deum recipi, vt suetus Romanorum cultus abrogaretur, sed vt iuxta coleretur, vti Iul. Caesarem Augustus, & Augustum ipse Tiberius consecraret, & coli secundum ceteros Deos volebat, veluti postea Alexander Seuerus Imp. suo in larario & Christum, & Orpheus, & alios eius generis Deos vna coluit. Lampridius in V. c. 22. 29. Tertullianus rem ipsam potius intelligit, cum scribit, quod Tiberii tempore *Christianum* nomen in seculum intrarit, vti *nomen pro re* non raro adhibetur, siquidem imperante Tiberio christiana fides propagata fuit primum. Tragica mors Christi erat, & plerisque stultitia: sed multis tamen prodigiis insignita, vt & innocens, & homine maior potuerit inde existimari, & a centurione Romanorum fuerit iudicatus. Praeterea plures pro Diis coluere gentiles, quorum mors tragica fuit, vti Bacchum, a Titanibus membratim discerptum; Osirin a Typhone in frustra concisum, Aesculapium fulmine percussum, Romulum patrum manibus laceratum, & alios complures, quod dudum respondit gentibus Arnobius L. l. contra gentes p. m 14. Hos & alios enumerat quoque Huetius Quaest. Alhetan. L. II. c. 19. §. 2. Hostili Pilatus in Christum animo fuit, sed magis in speciem & reclamante conscientia, vt Iudeorum furori cederet; ex animi vero sententia & innocentem *infumque* agnouit, & praedicavit

publice,

publice, manuumque lotione significauit, Matth. XXVII. 24. quod ipsi praedican Apostoli in Iudeorum Senatu, AEt. III. 13. magisque posthaec e miraculis, non in occulto gestis, & e centurione, qui praesens cum stupore cuncta viderat, perceptis, eognouit, Marc. XV. 44.45. Non compressit persecutionem Christi discipulorum, quod res religionis ad eum non pertinebant. Iudei quidem sparserunt famam, furtim sublatum esse Christi corpus; sed quis existimet, Pilatum tam rerum fuisse incuriosum, vt non rigidus ex militibus custodibus, eorumque praefecto, quaeasierit, quid factum sit nocte tertia? quis putet, omnes fuisse milites pecunia sic occocatos, vt in Iudeorum gratiam nullus verum dixerit, ne quidem praesidi, & euulgarit inter suos, quod eos fecisse Pilati Epistola, sed spuria, & Pseudo-Evangelium Nicodemi, testantur? quis crediderit, nil quicquam valuisse vxoris Pilati, Proculae, somnium, quod quale fuerit, Corn. Adami disquisit, Obseru. Theol. Philol. p. 189. Fabricius Cod. Apocr. P. III. p. 983. post latam sententiam magis expensum, vt meliorem de Christo, iusto Deique Filio, mentem induerit? Mattheus ait, inter Iudeos fuisse diuulgatum, furtum esse corpus: num perinde apud Pilatum inuenere fidem? Ipsi verebantur Iudei, ne ad Pilatum rei veritas perueniret; quem pariter pecunia parati sunt oppugnare, ne periculum inde ad milites redundaret, maxime vero propterea, ne sua gens de re gesta certior fieret, quicquid gentiles de ea crederent, Matth. XXVIII. 14. 15. Contempta erat Romanis religio Iudaica; sed ita tamen, vt subinde ex iis proselyti, si non corpore, animo tamen fierent, & non omnino nulli ei fauerent, quod de Fulvia ex Iosepho, & de Centurione Capernaitico ex sacra Historia constat. Iuuenalis cum scribit:

Q 2

Quidam

*Quidam sortiti metuentem sabbata patrem
Nil praeter nubes, & coeli numen adorant;
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua Pater abstinuit, mox & praeputia ponunt,
Romanas autem soliti contempnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, & metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.*

Satyr. XIV. v. 96. seq. & Persius:

*At cum Herodis venere dies, vndeaque fenestra
Disp̄ositae pinguem nebulam vomuere lucernae,
Labra moues tacitus, recutitaque sabbata palles.*

Satyr. V. v. 179. sq. Eos exagitant, qui Romae Iudeis fauabant, & religionem erant amplexi, diesque Festos & Sabbathum gentis illius religiose seruabant. Stolbergius de Soloec. add. Exerc. XII. §. 16. 17. p. 424. Fama de Christo atque miraculorum magnitudo aliam suggestere mentem Romanis tum in Iudea versantibus potuit. Absens fuit eo tempore Tiberius; potuit tamen per literas Senatus consultum rogare, maxime cum, teste Suetonio, sub Tiberio neque tam paruum quicquam, neque tam magnum publici priuatique negotii fuerit, de quo non ad P. C. referretur. Libidinibus etiam vacauit, & circa religionem negligentior fuit; sed cum, quotidie se perire, anxius ad Senatum scriberet, Tacit. Annal. VI. 6. *furiis*, vti Nero, *flagellatus*, vndeunque remedium quaesiuit, & vel propterea nouum voluit cooptari christianorum Deum, qui veniam promitteret sceleribus; quod Constantino M. gentiles obiecerunt, quasi propterea deseruisse gentilium, receperissetque christianorum sacra. Neglexit religionem, scil. vsu receptam, cuius vanitatem facile perspexit callidus princeps, qui Deum fecerat Augustum, & ipse viuens

viuens templo sibi decerni passus erat. Ad adulacionem erat compositus Senatus, a qua tamen ipse abhorruit Tiberius, Sueton. c. 27. sq. multumque indulgebat Tiberii desideriis; sed primis maxime temporibus; vltimis autem in contemptum fere veniebat Imperator apud eum, vt etiam reos a Tiberio iudicatos dimiserit Senatus non auditos, & Imperator, teste Suetonio, aduersus sententiam suam decerni, ne questus quidem sit. Sueton. in V. c. 26. p. 65. sq. 73. Tacitus An. I. 7. Fuit praeterea pertinax in superstitione cultuque Deorum recepto Senatus & tum, & diu postea, nec quicquam in eo voluit mutari ex instituto maiorum, qui solicite cauebant, ne peregrina sacra reciperenr. Propter anticipatos honores diuinos, & ob sententiam populi, pro Deo Christum habentis, Senatum negasse suffragia, Moynius scribit, in Not. ad Var. Sacr. p. 145. Externas ceremonias, Aegyptios Iudaicosque ritus, compescuit, vt ait Sueton. c. 36. sine dubio occasione Fulviae, pecuniis a Iudeis emunctae; sed honore dignos tamen habere voluit videri, cum Iudeorum iutientutem per speciem sacramenti in prouincias grauioris coeli distribuit: & si recte rationes puteamus, ante passionem Christi id contigit, Ioseph L. XVIII. c. 5. Aet. Erudd. germ. P. CXLII. p. 709. sq. Pagani Scriptores consulto siluerunt, ne paganismo obessent, & christiane religioni praesidium praebarent, si Tiberii fauorem erga Christum proderent. Haec & alia possent regeri; quae tamen an punctum omnia ferant, haud affirmauerim, nec depugnarim.

XI. Ego quidem sic censeo, retulisse omnino Pilatum ad Imperatorem, quid gestum in Iudea fuerit cum Christo, qua ratione ad supplicium crucis damnatus, quae contigerint in morte eius, insolita videlicet & admirabilis

rabilis eclipsis aliaque miranda, quae fama sparserit eius de miraculis non in obscurō, sed publice & propalam factis, quorum memoria, vt fieri solet, vel maxime renouata tum fuit, itemque eius de resurrectione & discipulis, qui Deum crederent, veri simile facit tum rei gestae magnitudo, quae non solum ad regnum attinebat, sed per omnem etiam tunc Iudeam aliasque orientis prouincias ferebatur sermone, cuique milites interfuerant maximorum spectatores miraculorum, quorum aliqui vel ipsi rem perscripserunt Romam; tum mos praesidum, qui res prouinciae etiam multo minoris momenti, & in Acta referebant, & sua sponte perscribebant, cęu exemplo constat Plinii Secundi L. X. Epistolarum, ad quem morem Eusebius atque Nicephorus aliquę merito iure prouocant; tum veterum Iustini Martyris & Tertulliani in Apologiis suis ad Imperatores ad Acta illa prouocantium auctoritas. Quam sententiam praeiuerunt eruditissimi viri, B. Christ. Kortholtus de Persecut. Eccles. prim. §. 5. & 7. & Com. ad Iustini Martyr. p. 44. sq. Io. Conr. Dietericus in Historia Tiberii n. X. Cuae H. Liter. Ser. Eccles. P. I. p. 10. Pfannerus Theol. Gentil. c. IV. §. V. p. 148. sq. B. Ittingius Hist. Eccles sec. I. p. 412. B. Io. Ge. Neumannus Progr. Acad. XXI. p. 154. Chr. Wormius de corrupt. antiq. vestigiis apud Mart. & Tacit. L. I. c. I. Christoph Cellarius Diff. de primo Christian. Principe §. 6. 7. Deylingius Obs. S. P. III. n. 34. p. 250. sq. Casaubon. Exerc. XVI. p. 676. Le Moyne Not. & Obs. ad Var. Sacr. p. 145. sq. If. Vossius de Sibyllin. Orac. c. XI. Huetius Demonstr. Euang. Prop. III. §. XII. p. 71. sq. Tillemont Hist. Eccles. Art. XIX. p. 422. 722. sq. Du Pin Prolegom. sur la Bible To. II. c. VII. §. III. p. 119. Fabricius Cod. Apocryph. p. 217. Gottfr. Olearius Iesus verus Messias, p. 364. sq. Relat. innoc. 1702. p. 245. seq.

&

& alii complures. Quo modo & Pilato & Tiberio locus aliquis relinquendus foret inter Non-Christianos, quorum de Christo meliora testimonia laudemus. Verum si Pilatus *pro sua conscientia iam Christianus fuerit*, quod Tertullianum scribere meminimus, expungendus ille hic erit. Christianum haud fuisse Pilatum, res eius gestae vitaeque exitus, quem ipse sua manu fecit, Euseb. L. II. H. E. c. 7. Orosius L. VII. c. 5. Nicephorus L. II. c. 10 facile probauerint. Baron. Annal. ad an. XLI. n. 20. conf. Fabricius Cod. Apocr. P. III. p. 505. Nec Tertullianum tam animo & fide Christianum, quam fautorē ac defensorem Christi innocentis intellexisse, sunt qui existiment, conf. Theodor. Horn, Prof. Grypsv. Diff. de Pilato eiusque vxore Christianis §. 9. sq. Neque sine Numinis factum reputari potest prouidentia, quod negauerit Senatus conseſsum, nec inter Deos cooptarit Christum, ne illis, quae colebant, falsis numinibus par haberetur, & humano studio Christi cultus propagatus fuisse videri posset, id quod Eusebius atque Chrysostomus dudum recte monuerunt. Ex instituto hoc argumentum pertractauit cel. Theodor. Hasaeus in Diff. de decreto Tiberii lmp. quo Christum referre voluit in numerum Deorum, recusa Erfordiae 1715. Scribit eruditissimus auctor. Bibl. Brem. cl. III. p. 325. not. i, quod refellere voluerit Tertulliani testimonium, postea vero re accuratius pensitata in Diff. cit. confirmarit, conf. Dannhavv. Hist. Eccles. trisecl. p. 212. sq. Cellarius Diff. XIV. p. 303. Ven. Mosheimius Hist. Eccel. c. IV. §. II. p. 40. Zornius Bibl. antiq. p. 19. a Seelen Select. Literar. p. 481. Arnoldi Greuii Diff. Tertulliani testimonium de ἀποθέωσι Christi a Tiberio decreta, Witteb. habita.

XII. Certiora sunt, quae de Centurione Sacra Historia memoriae prodidit. Is & commilitones eius cum vidissent, quae contigerant, Christo in cruce exspirante, miracula, quod tellus contremiseret, disrumperentur rupes, & medio sol die obrenebraretur, expatiefacti dixerunt: *ἀληθῆς θεὸς ἡνὶς ἡγέτος.* *Reuera Dei Filius hic erat,* Matth. XXVII. 54. Eodem sensu Marcus cap. XV. 39. *ἀληθῶς ὁ ἀρρωτός εἶτος ἡνὶς θεός.* *Reuera homo hic Filius Dei erat.* Lucas alter non nihil, & haec Centurionis verba refert: *ὕτως ὁ ἀρρωτός εἴτος δικαῖος ἐν.* *Reuera homo hic iustus erat,* c. XXIII. 47. Dislensum conciliat doctissimus Anglus Wafsius in Bibliotheca Literaria Anglic. V. Collect. nou. antiq. 1723. p. 99. sq. Relationes nou. de rebus doctis, Lips. 1722. p. 991. sq. Quod Marcus & Lucas vni centurioni tribuunt, id Mattheus omnibus adscribit militibus, modo loquendi Scripturae, ipsique Mattheo, non inusitato, quippe qui latronibus tribuit, quod vni tribuendum erat, c. XXVII. 44. coll. Luc. XXIII. 30. Glassius Gramm. S. L. III. Tr. I. Can. XXVII. p. 96. nisi centurionem hi tanquam praecipuum aequo praeeuntein voluerint nominare. Cognoverat sine dubio e cognitione causae, cui fortasse ipse interfuit, saltem & Iudaeis in causam supplicii, vt fieri solet, inquirens, imo ex subsannantis populi, militum & latronis vocibus, satis audierat, Matth. XXVI. 40. 42. 43. Luc. XXIII. 35. sq. quod Regem se Iudeorum Deique Filium dixisset Saluator. Cum igitur & sermones Christi in cruce audisset, & ingentia vidisset miracula, ipse diuinitatis induit de eo opinionem, & in ipsa, quae diximus, erupit verba, vere esse significans, quem se dixerat, *Filium Dei.* Num vero intellexerit, vt fides vult diuina, *vnigenitum Deoque Patri aequalēm Filium,* an velut Bacchi, Herculis, Aesculapii, & praesertim Quirini, virtu-

virtutibus diuinitatis quandam gradum consecutorum exemplo protulerit miles Romanus, quod Pfannerus Theol. Gentil. c. IV. §. V. p. 148. Heinsum ait existimare ad Matth. XXVII. 54. quem tamen ad istum quidem locum in Exercitationibus suis nihil annotasse deprehendo, fortasse Grotium voluit dicere, quem Anton. Bynaeus sequitur, in Christo crucifixo c. XIX. §. 19. p. 770. non definiuerim. Timor centurionis, Deique glorificatio augustiora eum cogitasce, quam quod de idolis fabulati sunt veteres, fidem fecerint, praesertim cum non virtutes, de quibus cognoscere potuit vel ex verbis vnius latronis, Luc. XXIII. 39. 40. sed in primis miracula exspirantisque insolitus clamor extorquerent diuinitatis confessionem. B. Seb. Schmidius benignius de eo sentit, & simplicissimum ei mentis sensum, verumque de Filio Dei conceptum tribuit, Diss. Acad. p. 180. conf. Lightfoot Hor. Ebr. in Matth. XXVII. 54. Iuuencus ita iam olim cecinit:

*Militibus primis quatentur corda pauore,
Dedita qui saeuae seruabant corpora poenae,
Et sobolem dixerat Dei, Christumque fatentur.*

Histor. Euang. L. IV. p. m. 519. Wolffius cur. crit. ad Matth. & Luc. II. cc.

XIII. Sed hominem iustum tantum confessus est, secundum Lucam, qualem Pilatus in ipsa cognitione dixerat, Matth. XXVII. 24. Augustinus To. IV. de Consens. Euang. L. III. c. XX. p. 502. ita conciliat Euangelistas, vt vel utrumque dixerit centurio; vel Lucas exposuerit, quo animo sensuque Iesum Dei Filium appellari: fortasse eum non vnigenitum & aequalem Patri intellexisse, sed ideo, quia

quia iustum illum crediderat, sicut multi *iusti* dicti sint *Fili Dei*. Verum miracula sublimiores potuerunt suggerere cogitationes, verbaque simplicia atque perspicua in sensum tam remotum interpretari durius foret. Vtrumque potius eum dixisse, & aliud Lucam, aliud ceteros commemorasse, cum Augustino dixerim. Ita iam ante Augustinum conciliauit Euangelistas Ammonius, in Harm. Euang. p.m. 236. *bis homo iustus vere Filius Dei erat*. Et cum alias virtus diuina efficax fuerit in commouendis mortalium pectoribus, vti saepe ex carnificibus ac torturibus christianorum facti sunt Christi confessores ac martyres; non erit causa, cur eam hi restringamus in morte Christi tam notabilitate, & nihil, nisi vulgaria, humana & pagana, cogitemus. Quae praeter ea de centurione, quem in Actis, quae Aquilae reperta supra diximus, Cornelium Francinum, alii C. Oppium, patria Hispanum, alii Longinum appellant, eundemque faciunt, cuius seruum Christus sanauit, refert Baronius ex Metaphrasta, an. XXXIV. n. 191. quod contra ceteros, qui Christum furto sublatum dicerent, libere falsum esse dixerit, & Christum *verum* esse *Deum* praedicarit, & e mortuis reuera esse excitatum affirmarit, posteaque militia relieta factus sit praeco, & Caesariensis, vel Mediolanensis, vel in Cappadocia episcopus, tandemque martyr, dubia sunt & incerta. Quamquam a vero non abhorreat, quod fuerit centurio conuersus, secundum Tillemontium, loc.cit.P.I.p.81. Certe primitiae gentilium ad Christum conuersorum milites fuere, quando Cornelius centurio cum suae fortis hominibus fidem est amplexus, Actor. X. Haud melioris fidei est Epitaphium Longini, quod prope Lugdunum in fano S. Mariae Insulae Barbarorum legitur, & ita habet: *Qui Salvatoris latus in cruce cuspidie fixit, Longinus hic iacet,* apud

apud Thom. Bartholinum de Latere Christi p. 65. Perperam etiam confundi centurionem cum milite, qui latus Christi perfodit, laudatus Tillemontius recte obseruat, Casaubon. adu. Baron. Exerc. XVI. n. 95. Act. Erudd. Lips. MDCXCV. p. 251. Multa alia isto de Longino, quod ex λαζην confictum nomen existimant, fabulosa exstant, quae hoc transferre haud erit operae pretium. V. Ottius An-
nal. Eccles. an. XXXIV. §. 45. I. A. Fabricius Cod. Apocr. p. 259. 982. P. III. p. 471. sq. Seelenius Miscell. p. 353. sq.

XIV. Hunc in censum quis referat testimonium puellae, quae per multos dies Paulum eiusque socios secreta Philippis est, & clamauit: ἵνει τὸν αὐτοφωνον δέλλαι τὸ θεόν τὸν υψηλὸν εἶπεν, οἵτινες κατηγγέλλουσιν ὑμῖν ὁ θεός σωτῆρας. *Isti homines Servi Dei altissimi sunt, qui vobis annunciant viam salutis*, Acto. XVI. 16. 17. 18. Haec Apostolos ait seruos esse *Dei altissimi*; erat autem Paulus seruus *Iesu Christi*, vt se vocat Rom. I. 1. Christum igitur *Deum altissimum*, vti reuera est, appellauit. Verum hoc testimonium non est hominis non-christiani, sed τὸν πνεῦμα τὸν πυθωνός, *Spiritus Pythonis*, qui alias non est, quam qui alibi dixit: Τί ήμιν καὶ σὺ, ινος, τὸν τὸν θεόν, ἡλθες ἀδειάς με τῷ κατεβασίᾳ ήμας. *Quid nobis tecum est Iesu, Fili Dei?* venisti buc ad crucianendum nos ante tempus, Matth. IX. 29. Vel vt Marcus & Lucas referunt: ἔχει, Τί ήμιν καὶ σὺ - οἴδα τε, Κύριε, οὐδὲ γνωστός οὐδὲ γένεσις. *Sine*, quid nobis rei tecum est? noui te, quis sis, *Sanctus Dei*, Marc. I. 24. Luc. IV. 34. hoc est, πνεῦμα δαιμονίος ἀκαθάρτος, *Spiritus daemonis impuri*. Dicitur τὸν πνεῦμα τὸν πυθωνός, *Spiritus Pythonis*, quia, vti Apollo Pythius, summus vaticiniorum atque oraculorum habitus artifex, per Pythiam Sacerdotem oracula edebat, & futura praedicebat. Corn. Adami Obseru. Theol. Philol. p. 215. sq. Elsnerus Obs. Sacr. ad Acto. XVI. 17. p. 436. Antonius van Dale nullum hic,

vt solet, agnoscit malum spiritum, sed de *ιγγασπινθοις*, *ventriloquis* interpretatur, qui per artem ex interiori, non motis labiis, nec ore aperto, verba protulerunt, de oraculis p.651.sq. Sed verba distincte ac saepius prolata, eie-
toque spiritu vaticinandi silentium aliud nos edocere queant. Neque vero huius impuri spiritus admisit testimonium Iesu, quin potius obmutescere iussit, & ex homine exire: similiterque, ad magistri exemplum, Paulus, iusto agitatus impetu eiecit spiritum, nec eius audire testimonium voluit, A&tor. XVI.18. Deylingius Obs. Sacr. P. II. p. 200. sq. Fesselius adu. Sacr. L. V. c. VIII. p. 463. Hostis alioqui testimonium maximi habetur ponderis. Sed nulla cum Christo sit cum Belial consensio, 2.Cor.VI.15, nec daemonis admittit testimonium, ne eius voce, qui contrariis semper studiis aduersus ipsum agitatur, laudem quaeſiſſe videatur, & ipsa veritas in suspicionem mendacii, cuius pater est Diabolus, Ioh.VIII.4. veniret. Neque Paulus isto captus testimonio suum ei, quod maligne occuparat, hospitium reliquit, quod studioſe quaeſiuit, vt magis noceret. Observat Battierius, αὐτὸν non referri ad παιδίον, sed suppleri debere ἀρετήν, quae statim vox additur, ut significetur, quod confessim exierit, Bibl. Brem. cl. VI. p. 92. Sed ad παιδίον referri, & modus loquendi Apostoli, & rarioꝝ ellipsis ex sequenti supplenda membro in tam breui sermonis genere suadet, v. Ven. Wolffius cur. philol. ad A&t. XVI.18.

CA-

CAPVT QVINTVM.

DE

TESTIMONIO IOSEPHI.

ARGVMENTVM.

- I. *Iosephi testimonium.* II. *Sitne genuinum disputatur.* Recensentur nonnulli, qui pro genuino habent. Qui negat. III. *Affirmantium sententia defenditur.* Iosephus legem scribendae historiae, veritatem, sibi proponit. Non potuit omittere narrationem de Christo. IV. *Sine dubio interrogatus a Romanis, de Christo quid sentiret.* Non suam, sed vulgi prodidit opinionem. Flauiorum familia Christianis non aduersa fuit. V. *Romae fuerunt, qui Christi miracula audierant & viderant.* Breuitas indicium est auersae mentis. VI. *Historia de Paulina, in templo sub specie Anubis violata aliquid peruersae mentis Iudaicæ videtur prodere.* Gorionides videtur has suggerere cogitationes. Domitianus eo anno, quo Iosephus desit scribere, vexauit Christianos. VII. *Ad christianam fidem num fuerit proclivis.* Fuit discipulus Gamalielis. An Paulum Romae viderit? Mansit alienus a fide christiana. Gentilismo subinde est blanditus. VIII. *Codices Iosephi consentiunt.* Antiquiores eas viderunt. Non sunt secuti Eusebium. IX. Iosephus numeravit s̄ixꝝ Archaeologiae suae. Non temere potuit inseri lacinia. X. Macarius Eusebium antiquior Iosephi laudat testimonium. XI. Obiect. quod Patres Eusebio antiquiores ad Iosephum non prouncient. Respondeatur.

R 3

I.

I Edimus adhuc non- christianorum de CHRISTO testimonia quaedam meliora, breuiterque perquisiuimus, sed eorum tantummodo, quorum in historia passionis sit mentio. Plura nunc daturis primum occurrit testimonium Fl. Iosephi, Iudeorum Liuui, vti vocatur ab Hieronymo, Epist. XXII. ad Eustochium c. 15. quo de tamen nihil afferri potest, quod ante a plurimis, iisque eruditissimis viris, non sit allatum. Afferemus Graeca eius verba, quae leguntur L. XIIIX. Antiqu. c. 4. γινεται δε κατα τε του ιου χριστου ιησους, σοφος ανηρ, οιγι ανδρας αντων λεγειν χιη. ον γαρ παραδοξων οργων τωντης, διδασκαλος ανθραπων των ηδουη ταληη δεχομενων, και τωλλως μεν ιεραις, πολλας δε και ελληνικης επιγγαγελο, ο χριστος οντος ιη. και αυτοις ινδιεται των πρωτων ανδρων παρηηιν, ταυρω επιτειμηκότος πιλάτω, υπ ιπαύταντο οιγε πρωτως αγωνίσαντος. Επάν γαρ αυτοις τρίτην οχια ομέραν παλιο ζων, των θεων προφητων ταῦτα και αλλα μηρια θαυμάσια πρετι αυτω ειρηνετων. οις τε νυν ιης χριστων από τεδει αιομασμένων ιη επέλιπε Ιο Φιλον. Latina ex Geleñii interpretatione sic habent: eodem tempore fuit IESVS, vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt, plurimosque tam de Iudeis, quam de gentibus sectatores habuit. Christus hic erat, quem accusatum, a nostrae gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nibilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initio cooperunt. Apparuit enim istertia die viuus, ita ut diuinitus de eo vates hoc. & alia multa miranda praedixerunt, & usque in bodiernum diem Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. IESVM dicit homine fuisse maiorem, auctoremque miraculorum, ac veritatis doctorem,

Chri-

Christum ac Messiam esse, qui cruci licet fuerit affixus, in vitam tamen redierit, habeatque christianos sectatores.

II. Sitne genuinum indubitatumque hoc testimonium, a Iosephi profectum manu & calamo, an subditum & a christianis insertum, vel saltem interpolatum, per sesquiseculum multum diuque quaesitum, & in utramque partem decretatum fuit, ex quo tempore Lucas Osianus, Theologus clarissimus, & Hubertus Gifanius, Ictus Altiorffinus, signa praetulerunt. Viri eruditissimi, Christophorus Arnoldus, Io. Andreas Bosius, Georg. Wolfgangus Wedelius, Antonius van Dale, Carolus Daubuz, M. Martini & alii dignum censuere locum, quem tractatione quisque singulari exquireret ac pertractaret. Laudatus modo Bosius complures enumerat, qui vel genuinum affirmarunt, vel reiecerunt, cuius tamen ipsius non satis constat sententia, cum scriptum non sit perfectum absolutumque; quibus haud pauciores addi possunt, post illius fatid qui tractarunt vel attigerunt hoc argumentum. Longa hos serie vir de historia christiana Ecclesiae antiqua meritissimus B. Ittigius e Daubuzio recentet, & nonnullos addit, in Histor. Eccles. prim. sec. p. 356. & Prolegom. ad Iosephum. Aceruo si granulum licet adiicere, ab affirmantium quoque stant partibus, e veteribus Sophronius, itemque Casp. Varrerius, Lusitanus, Philippus Mornaeus, Io. Schmidius, Theologus Argentoratensis, Io. Christfried Sagittarius, Mich. Waltherus iunior, Petr. Lambecius, C. S. Schurzfeischius, Wilh. Ernestus Tenzelius, Io. Deckherrus, Io. Christoph. Rumetschius, Theodorus Hornius, Io. Henichius, Seuerin. Waltherus Slüterus, Dan. Maichelius, Seelenius, Hadrianus Junius, Guilielm. Caue, Eduardus Stillingfleet, Io.

Io. Ernestus Grabijs, Wilh. Reading, Iac. Crullius, Hermannus Witsius, Salomon van Till, Isaacus Iachelot, Hauecampius, Fr. Spanhemius, Io. van Marck, Guilielmus Bonjour, M. Martini, P. D. Huetius, Antonius Pagi, P. Dominicus de Colonia, Honorius de S. Maria, & alii. Negantibus accedunt Christianus (non Christophorus) Noldius, Sebaldus Snellius, Henr. Kippingius, Guilielmus Vorstius, Petrus Rabus, Io. Richardsonius, Richardus Simon, & qui latet sub literis C.D.G.P.I.S.G. qui Carolum Daubuz refellit. Mediis, qui probant, sed ita, ut interpolatum conseant, se adiungunt Perizonius, Redardus, Thomas Ittingius, Io. Alb. Fabricius, alii: dubiis ae nil definitibus accensendus est Io. Clericus, et si facile sit colligere, in quam partem propendeat, cum acriter propugnat, locum de fratre Christi Iacobo, quem Iosephus dicit ἀδελφὸν τοῦ θεογόνου χριστοῦ, Antiq. L. XX. c. 8. subditum esse a christianis, conf. Art. Crit. P. I. p. 21, vol. 2. p. 283. 291. sq. W. Wotton si subiectum maxime sit, antiquum tamen esse opinatur, v. Fabricii Lux Euangelli p. 16. sq. Bibl. Graec. L. IV. c. VI. §. V. Cl. a Seelen Med. Exeg. P. II. p. 423. sq. du Pin Bibl. Eccles. P. I. p. 37. sq.

III. Non quidem robustiores affirmantium partes sient, si post Magnisicum virūm, summum Polyhistorem, Georg. Wolfg. Wedelium, qui hoc de loco pluribus egit in Cent. II. Dec. II. n. 1. iis me adiungam; integrum erit tamen eas amplecti, & vel postremos e longinquo sequi. Disputatas utrinque ab eruditis rationes huc transcribe-re nec animus est, nec instituti postulat ratio; tantummodo breuiter exponere iuabit, quae mentem has ad partes alliant pertrahantque. Historiam suae gentis scribebat Iosephus, cuius legem esse nouerat, ut nihil non veri scribere auderet, nec gratiae quicquam, vel odio tribueret,

bueret, quam ipse etiam sibi statuit, eos improbans scriptores, qui a veritate recesserant, in Prooem. p. 3. idque se fecisse iactitat L. VIII. c. 2. et si contra fecisse aliquando arguatur. Fabricius Bibl. Graec. L. IV. c. VI. §. 4. p. 234. Historici igitur satisfacturus titulo ac muneri, non potuit non, vbi de Pilati rebus, fusius & ex instituto agebat, intexere narrationem de Christo, qui tot tantisque miraculis suos inter populares, & in vicinia, ipsisque Romanis cognitus, qui tanta animorum populique & sacerdotum commotione apud Pilatum accusatus, & ab inuito multumque reluctante innocens ad crucis supplicium condemnatus erat, cuius mortem tot & tanta insignierant miracula, exteris etiam obseruata, quem a mortuis in vitam rediisse fama constans, a Romanis militibus & Christi discipulis disseminata, a Iudeis licet, quantum in ipsis, suppressa, praedicabat, qui denique tot myriades sectatorum, e Iudeis pariter ac Graecis Romanisque, habebat. De hoc silere prorsus, & nihil scribere quicquam, hoc quidem fuisse studium partium aperte profiteri, & rem decentatissimam, quae magna pars historiae esset, omittere, cum tamen res multo minoris momenti consignarit. Et dum breuior est, quam rei varietas & magnitudo postulabat, argumentum hoc est, quod reluctanti animo particulam istam suis inferuerit monumentis.

IV. Sine dubio ab amicis, qui historiae suae gentis scribendae fuerant auctores, e quibus nominatim laudat Epaphroditum, Prooem. p. 2. puto eundem, qui Neronis fuit libertus, & cui Epictetus seruit; num eundem, cuius Apostolus mentionem facit, quique fuit minister Euangeli, Philippensium Apostolus, Phil. II. 25. IV. 18. Col. I. 7. merito dubitatur, Fabricius Bibl. Graec. L. IV. c. 7. p. 257. in primis ex Flauiana Augustorum familiia,

lia, iterum iterumque, ut fieri solet, interrogatus fuit, de C_HRIS_TO, qui tanti nominis esset, suaeque gentes homo, quid sentiret: quibus ut satisfaceret, pericopam inseruit controuersam, qua exposuit, quae fama de eo publica fuerit. Neque enim animi eum sui, sed vulgi prodidisse sententiam, vel superius laudata eius verba satis videntur prodere, cum Iacobum fratrem dixit Iesu, *τὸς λεγούσεν χριστός, qui dicebatur Christus.* Sinistre de eo si scripsisset, & vel reticuissest, quod pro Messia fuisset habitus, & vel miracula, vel resurrectionem negasset, aut in dubium saltem vocasset, aduersarios habuisset ac contradicentes non christianos modo e Iudeis, qui Romae frequentes erant, conf. Rom. XVI. verum ipsos etiam Romanos, & christianos & paganos, in quibus adhuc superstites fuisse, qui *divitiae* & spectatores fuerant Christi & miraculorum & supplicii, vix dubium habet, in primis autem Augustam Flauiorum familiam, cuius ipse cliens erat, nomen Flavii inde adeptus & ius ciuitatis Romanae, quaeque christianis non infensor erat, nihil aduersi contra christianos, ante Domitianum cogitans, teste Eusebio L. III. c. 17. imo christianos in suis numerabat, ad martyrium sub Domitiano abreptos. Kortholt de Persec. Eccles. primateuae c. II. §. 9. 10. Braunius Select. Sacr. L. I. §. 26. sq. Bosius de testim. Ios. p. 99.

V. Certum ego atque statutum habeo, primos in urbem pertulisse famam de Christo, & fidem christianam illos, qui Christi audierantque viderant miracula in Palaestina, executores & spectatores fuerant supplicii ac miraculorum testesque resurrectionis, milites videlicet, primi certe e gentibus, qui fidem christianam sunt amplexi, Auctor. X. quos reuerenter habere debuit, suam ne fidem perderet. Ipsa breuitas parumque cohaerens oratio argumento

gumento videntur esse, quod animo non propenso beneque animato, sed alieno ac reluctanti ista scripserit, quaecunque scripsit, fusius de Christo dicturus pro rerum varietate ac magnitudine, si bene de eo sensisset, & ex animi scripsisset affectu. Neque vero scripsit quicquam, quod non praecipui Iudeorum, & magno in Senatu qui erant, cognoverant, & negare non poterant, & tamen in sua pertinaces persistebant religione, nec Christi se partibus adiungebant, conf. Matth. XXVIII. II. seq. Auctor. IV. 13. quia spei ipsorum hoc erat aduersum, quae vnicie in regno terreno & felicitate ciuili collocata erat. Mirum itaque non est, Iosephum in Iudaicae fidei persistisse sacris, et si vulgatam de Christo famam scriptis interxit suis, qui in Vespasiano completam statuit Dei de regre ex oriente prodituro promissionem, de Bell. Iud. L. VI. c. 23. Tum enim *pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore, ut valesceret oriens, profectique Iudea rerum potirentur, quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant, ut prodidit Tacitus, Hist. L. V. c. 13.* quae repetit etiam Suetonius in Vespas. c. 4.

VI. Videtur omnino Iosephus prodidisse aliquid peruersitatis, Iudaicique in Christum odii, cum breuiori de Christo narrationi statim subiungit fusorem de libidine iuuenis Romani, Decii Mundi, & Sacerdotibus Isidis, qui lenones fuerant, & libidinis ministri, ut aetum ille libidinis cum Paullina, honestissima matrona, in templo, sub Anubis specie, impleret, promittens, ex se Deo Deum natumiri. Capite luerunt crimen sacerdotes de cruce suspensi, & sacra Aegyptiorum, vnde Isidis acceptus erat cultus, atque Iudaica a Tiberio Roma pulsa sunt, Antiqu. L XVIII. 4. Nullus hic locus erat narrationis de turpitudine in Isidis sa-

cris Romae deprehensa, ubi de fatis agit Iudeorum sub Pilato atque Tiberio; nisi eo factum sit fine, ut causam ostenderet, cur Aegyptiorum & Iudaica Sacra Tiberius Roma expulerit. Nihil quidem de pulsis Aegyptiorum sacris diserte addit Iosephus, nisi quod Isidis templum illud, in quo nefas erat perpetratum, destructum commemoret, & sequenti demum cap. V. exponat, quod ob Fuluiae iniuriam, a Iudeo illatam, in Sardiniam deportati sint Iudei, & reliqui vrbe expulsi, quod tamen cum teste Tacito, factum sit anno quinto Tiberii, octo annis ante Pilati in Iudeam aduentum, hic locum non inueniebat. v. Martini Dissertat. critiques p. 268. Tacitus quidem Annal. II. c. 85. & Suetonius in V. Tiber. c. 36. de pulsis Roma Aegyptiorum atque Iudeorum sacris, sed nil quicquam de libidinibus Decii Mundi commemorant. Tertullianus Apol. c. XV. ait, se posse moecbum Anubim commemorare; num ad hanc respiciat rem gestam, dicere non habeo. Pseudo- Hegesippus, sine dubio ex Iosepho, Mundi istius amores recenset, L. II. c. 4. sed de pulsis eo nomine Aegyptiorum sacris, itemque de Fuluia profelyta, a Iudeo decepta, Iudeisque propterea Roma pulsis tacet, istamque de Mundo narrationem praemittit, vti fas est, si quidem vera, recensioni de Christo cruci suffixo, & morti Iohannis Baptiste, quae c. V. habetur. Cur itaque Iosephus admodum longam inferuit narrationem de libidine Mundi, qui Anubidem se finxit, Deumque ex se Deo genitum iri dixit, & breui narrationi de Christo subiungit? Hegesippus propterea se eam repetuisse scribit, vt inde cognoscatur deformitas Imperatoris, cuius exempla talia sint patrata: Sed Tiberius tamen horrendum vindicavit facinus. Iosephus nullam affert rationem, cur istam repeat historiam. Sic enim cum relatione de Christo conne-
tit:

tit: *circa eadem tempora etiam aliud Iudeos turbauit incommodum, & Romae in sacris Isidis summa turpitude deprehensa est: dicam igitur prius de Isiacorum nefando scelere, ac tum demum res Iudeorum persequar.* Nullus hic locus, nulla ratio erat inferendi nefandam Decii Mundi libidinem, quam mirum est non in dubium fuisse ab eruditis vocatam, cum solus Iosephus eam referat, Romani scriptores taceant. Non bono id animo fecisse videtur Iosephus. Volueritne Romanis aegre facere, fortasse exprobrantibus, quod Iudeorum Sacerdotes I E S V M , tot miraculis atque beneficiis erga populum insignem, infami crucis affecerint supplicio; an christianis, quod Romae eodem tempore homines foedi atque impuri eodem supplicii genere fuerint affecti, quo Iesus, Christum & Deum quem crederent; an tacite suggestere occasionem suspicandi, fortasse furtiuo amore procreatrum esse, quem virginis filium iactitarent christiani, Deique filium crederent. Iosephus Gorionides Ebraeus posset hanc suggerere suspicionem, qui dum rem istam narrat, eas adhibet formulas, quam Mariani, Christi matrem, adhibuisse legimus. Cum personatus Arubis dixisset, multas mulieres ex Diis Deos peperisse, respondisse Paulina refertur: *O beatam inter mulieres, quam Deus amore suo dignatus est.* Cumque postea rem gestam marito enarrasset, ille respondit: *O felices nos, quos Deus respexit: omnes etiam mulieres beatam illam praedicabunt, dicentes: O te felicem, Paulina, quae Deo Anubi societa fuisti*, c. XLIV. p. 531. edit. Breith. conf. Chr. Arnoldi Epist. de Fl. Iosephi testimonio p. 76. 121. Quod Iosephus fortasse tacite innuit, id postea Iudei, nequissimi mortales, & cum iis Cellus, diserte tradiderunt, Mariam ex Pandera, homine impurissimo, concepisse Iesum. Vid. I. H. Maii Observ. Sacr. L. IV. p. 82. sq. Certe in libro

Toldos lesbu, quem Wagenseilius in lucem pertraxit. dicitur *filius adulterae*, & *מִצְבֵּחַ momfer*, *spurius*, v. *Eisemenger entdecktes Judenthum*, P. I. c. II. p. 105. Poleman Diff. de Beelzebul p. 17. Fortasse suggestere tacite Iosephus voluit Domitiano, vt, sicuti Tiberius Aegyptiorum Sacra Romæ sustulit, & Iudeos Roma pepulit, ob factam Fuliae a Iudeo iniuriam; sic christianorum quoque religionem proscripteret, eosque submoueret. Certe eodem anno, quo Iosephi definit historia, XIV. imperii sui Domitianus vexare coepit christianos, dirisque modis excruciare. v. Hieronymus Catal. Scriptor. Eccles. c. IX. XIII.

VII. Ad Iosephi characterem atque ingenium quod attinet, magisne inclinarit ad fidem christianam, quam tenax patriae fuerit religionis, hic cum dicendi locus sit, breuiter de eo differemus. Inclinati ad Christi partes animi haec interpretantur nonnulli indicia, quod L. XX. c. VIII. de Iohanne baptista, & L. XVIII. c. 7. de Iacobo iusto, Christi fratre, bene fenserit. Illum namque laudat, vt virum optimum, qui Iudeos ad virtutis, pietatis iustitiaeque studium excitavit, cuius innocentis caedes, de Iudeorum opinione, causa fuerit, quod Herodis exercitus fuerit fusus & caesus, quod Eusebius ex eo repetit, Hist. Eccles. L. I. c. XI. quodque indigna mors poenas in gentem deriuarit, Hierosolymaeque interitum conciliarit, quod & Hieronymus e Iosepho tradit, de Scriptor. Eccles. c. II. Hunc, fratrem Iesu, tradit, quod summus Pontifex, Anianus, impietatis reum peractum lapidandum tradiderit, idque factum omnibus bonis legumque studiosis displicuerit vehementer, L. XX. c. VIII. His accedit, quod ad pedes sessitarit Gamalielis, qui mitius in Senatu sensit de Christo, Actor. V. 34. sq. cuius iudicium haud potuerit ignorare Iosephus, perinde ac, quod eius olim discipulus

discipulus Paulus fidem christianam magno praedicaret ardore, quem iuuenis ipse Romam profectus potuerit audire atque cognoscere. Non itaque mirum esse aiunt, quod talis de Christo inserta sit pericope. Verum de Iohanne quae retulit, sine vlo intuitu, quod Christi fuerit praecursor, id quod Evangelica tantum docet historia, potuit referre, historici partes expleturus, vulgique opinionem tradere. Relationem de Iacobo rei veritas & fama in populo expressit, non Christi amor. Gamaliel diu adhuc post haec vixit, nec tamen a fide patria recessit, et si vidit christiana fidei progressum & amplificationem, suaequae disciplinae alumnum Paulum eius acerrimum esse praeconem non ignorare potuit: nam ad Christi eum partes transisse fabula est, v. lo. Casp. Graunii erudita Diff. qua exponit historiam Gamalielis Sen. §. VIII. Paulus inuisus erat suis olim fratribus, & ab iis Romanis ad mortem tradebatur. Fuit Romae Iosephus iutensis, sed num sit congressus cum eo, an iis se associarit, qui deserebant eum, & merebantur elogium, quod videntes non viderent, Act. XXVIII. 26. non habeo dicere. De Christo retulit, non quae sua, suaequae gentis de eo tum esset opinio, sed quae fuerat, cum in terris versaretur, & christianorum tum erat, quam non ingratam nouerat Flaviae genti, ipse licet animo studioque a Christo dissideret. Et quod ex fama retulerit, quaecunque retulit, vel id possit esse argumento, cum scribit, plures Christum, in terris dum fuit, e gentibus sibi adiunxisse sectatores, cum vix unus & alter fuerit. Et cum mala publica repeatat a caede innocentium Iohannis Baptiste & Iacobi, de Christo autem, qui illis maior erat, & foedo supplicio erat affectus, de Pilati sententia innocens scelerisque purus, altum teneat, silentium, & potius foedam subiungat historiam,

storiam, Iosephi hinc licet erga Christum colligamus animum. Nec vero rarum est, ut historicus referat, a quibus ipse tamen abhorret, nec suum promat iudicium, sed lectori relinquat. Et de Iosepho obseruatum est, quod gentilismo non nunquam aliquid indulgeat & blandiatur. Sic L. IV. Antiqu. c. VIII. p. 121. scribit: *Diis alienis nemo loquatur male: fana externa non sunt spolianda, neque sacra donaria tollenda;* & L. II. contra Apionem p. 1077. illud Exodi: *Diis non detrubes, & principi populi tui non maledices, ira interpretatur, quod neque ridendi, neque blasphemandi sint ii, qui apud alios Dii putantur, quae menti Scripturae diuinioris haud conuenienter scribit.* conf. Grotius de Iure Belli & Pacis L. III. c. V. §. II. n. 4. Ita solent subinde eruditи historicи, qui diuersarum partium amant eruditionem, rem aliquam enarrare, ut partibus aliquid indulgeant, earumque sibi studium & favorem adiungant, vt vni tamen adhaereant ipsi.

IIX. Non omnino contemnendum est argumentum, quod Codices consentiant, exhibeantque nostrum de Christo locum. Non quidem exstant hodie codices tam antiqui, sed viderunt eos tamen ac voluerunt veteres Ecclesiae doctores, Eusebius, Sophronius, Hegesippus siue Ambrosius, Hieronymus, Isidorus Pelusiota, Sozomenus, Cedrenus, Nicephorus, Suidas, qui & antiquiores usurpauit codices, & alios voluit scriptores, Albertus Stadensis, Galatinus, & alii, qui ante renatas literas flouerunt. Neque enim fieri facile potuit, vt omnes essent corrupti, si vel unus & alter a christiano esset interpolatus. Si qui codices locum non habent, veri magis simile est, a Iudeis eum fuisse electum, quam a christianis inseratum, quae Whistonii est opinio, Relat. nouant. 1722. p. 842. Hi enim non carent argumentis pro Seruatore Iesu, Deo

ac

ac Domino suo, nec Iosephi indigent testimonio: ili contra ringentes vident, ei testimonium a sua gentis ac religionis homine perhiberi. Neque est, vt Eusebium, ducem & antesignanum, reliquos dicamus esse secutos, qui post ipsum repetiuerunt Iosephi locum, cum plerique diuersi sint ab Eusebio, & ex Iosepho potius & ipso auctore verba desumpsisse videantur. Historici itaque officium & Codicum consensus pro Iosepho auctore pugnant, ita Dominicus a Colonia, apud Selenium Miscell. p. 47. II. §. 3. p. 58. sq. v. Martini Dissert. sur Ioseph. c. II. & IV.

IX. Neque inseri potuisset a christiano locus, quin facile potuisset fraus animaduerti. Iosephus enim sub finem Antiquitatum numerum ponit *sixx versum*, quod XX. libris & *επιπλατι στίχων*, sexaginta millibus versuum comprehendantur. Hoc ipso communuit quasi suam Archaeologiam, vt ne quis vel adderet, vel demeret aliquid. Quod si tanta fuisset insuta lacinia, quae ultra duodecim versus, si pro lineis accipientur, vti fas est, possit confidere, mirum foret, non ab ullo veterum fuisse animaduersum atque indicatum. Ita mos erat veterum, vt numerum indicarent versuum, vt & de magnitudine constaret libri, & discerni possent auctorum libri, & incorrupti manerent, nec vel augerentur, vel mutilarentur, quo de argumento pluribus egit Stolbergius in Diss. de Stichometria veterum, quae annexa est Tract. de Solocismis, p. 406. sq. vbi §. I. plura affert exempla scriptorum, tam sacrorum N. T. quam profanorum, in quibus *στίχοι* fuerunt numerati, nec vero Iosephi commemorat, quod primus facile indicauit Magn. Wedelius, & non sane nullius est ponderis argumentum.

T

X. Non

X. Non omitti hic debet Macarii martyris, Eusebio antiquioris, testimonium, quod primus ex Actis Sanctorum repetiuit eruditissimus W. E. Tenzelius in Colloqu. Menstr. an. 1697. p. 559. Verba sic habent: ἰωσίωνος ὁ εἰς ιεροσολύμων ιερεὺς γενόμενος, καὶ ιεροῦ μητρὸς ἀληθείας τα κατὰ Ἰερουσαλήμ, μαρτυρεῖ τὸν Θεόν αὐτὸν νοούσην ιανδρωπόντοιαν τε ιερούρωνται. Καὶ τὴν τρίτην ημέραν ἐγέρθεντα, ἡ οὐγγράφηματα ἐν τῇ δημοσίᾳ απόκειται Βιβλιοθήκην. λατεῖς δὲ θώρακας κατὰ τὴν Τάναρον ἵντας σοφός. καὶ λα. Iosephus Sacerdos Hierosolymitanus, quique historiam Iudeorum integrā fide ad posteros tradidit, testatur, Christum verum rum Deum fuisse incarnatum & crucifixum, tertiaque die resuscitatum, cuius libri in publica bibliotheca repositi sunr; (Dan. Cardoni interpretatio haec omittit) Dicit vero ita: eodem tempore fuit Iesus sapiens, &c. sequuntur verbalosephi, quae tamen nec per omnia Iosephi, nec Eusebii, magis tamen Iosephi, verbis respondent. Ante Eusebium vixit Macarius, & cubiculi imperatorii praepositus appellatur, & coram tribunali Imperatoris ista verba protulit, & ad bibliothecam publicam, in qua reconditam Iosephi historiam fuisse, & Hieronymus obseruat, prouocat, vt princeps in hoc genere argumentum reputari possit. At vero si non subiecta, interpolata tamen haec Acta Macarii erunt, secundum celeb. I. A. Fabricium Bibl. Graec. L. IV. c. VI. §. 5. p. 237. lq. Non repeto, quae Tenzelius pro eorum auctoritate differit, hoc tantum addo, quod non licet affirmare statim, hac etiam parte ea interpolata esse, cum tam multi veteres rem eandem tradant, quos ipse longa serie enumerat.

XI. At non prouocant ad Iosephi locum antiquissimi Patres, Iustinus Martyr, Tertullianus, Cyprianus & Origenes, Eusebio antiquiores, nec eo vtuntur testimonio, cum

illi

illi tamen contra Iudeos disputatione. Sed variae possunt esse causae, cur illa verba non ab iis citentur. Fortasse vni sunt exemplari a Iudeis corrupto, aegre ferentibus, a suac gentis homine tale tribui Iesu nostro testimonium, quod si factum est, tum maxime factum censeri debet, cum recens adhuc fuit, nec plura disseminata fuerunt exemplaria. Deinde accommodate obseruatum est Martinio, quod Iustino propositum fuerit e Scriptura S. disputare cum Tryphone Iudeo, cui instituto conuenienter acturus non potuit vti Iosephi testimonio. Simile institutum fuit Tertulliani ac Cypriani, qui secutus exemplum magistri est, & contingere potuit, vt non viderint Iosephi libros, tum adhuc rariores. Fortasse aperte reiecerunt Iudei Iosephi testimonium, tanquam hominis partium studiosi, & nimium Christo fauentis. Atque eo pertinere possint Origenis verba in Matth. XIII. v. 15. vbi Iosephus dicitur Ἰησοῦς οὐαίς καταδέξαμενος εἰς τὸ χριστόν, non recipiens, Iesum esse Christum; & L. I. contra Celsum ἀποιστῶν τῷ Ιησῷ οὐχ Χριστῷ, non credens in Iesum velut Christum, vt quasi respondeat Iudeis, Iosephum christianorum partes sequi dicentibus, ob verba Iosephi controuersa. Photius non excerptis istam e Iosepho partem, sed institutum ei non fuit referre, a tot aliis quae relata erant. Ita enim solet fieri, si in summam redigantur auctores, vt huic allubetcat, quod alter praeterit, & contra negligantur, in quo alii sibi perplacent. Pluribus silentii causas perquisiuit laudatus ante Martinus c. V. & superius laudati eruditissimi viri, Bosius, Ittigius, Wedelius, Huetius, Moynius, Herm. Witsius, Fabricius, Daubuzius & alii fusius haec disputant, & in vtrampque partem argumenta exquirunt ac diuidicant.

CAPVT SEXTVM.

DE

TESTIMONIIS GENTILIVM
IMPP. ET ALIORVM.

ARGVMENTVM.

- I. Plinii de Christo testimonium. Epistola XCVII. L. X. est Epistolarum Plinii regina. Plinius non factus est christianus. II. Hadrianus & Alexander Seuerus de Christo benignius fenserunt. III. Hadrianus persecutus est christianos. Patres non prouocant ad eius institutum. Mens Cassuboni de templis Hadriani. IV. Lampridius gentilis nibil in gratiam christianorum scripsit. V. Hadrianus remisit a persecutione. Patres eam non connumerant. VI. Templum in loco passionis dominicae exstruetum est dubium. Cur sileant scriptores christiani de Hadriani templis. VII. Hadrianus in omnibus ciuitatibus sibi tempora condidisse non videtur. Nulla acceperunt a successore simulacra. IX. Alexander Seuerus Christum coluit in larario. Templum ei voluit condere. Mater Mammaea Origenem audiuit. Fuerunt christiani in aula Imp. Mammaea an Christi fidem amplexa. Alexander Christianus non fuit. IX. Lucianus Christum Filium Patris appellat. Idem dicit Christum Sophistam crucifixum. Sopista idem, quod Sapientiae magister. XI. Utuntur Luciani testimonio pro Trinitate uno in Deo Bullus, Waltherus, Olearius, Buddeus, alii. XII. Philopatris an Iuniori tribuenda Luciano. Afferit I. M. Gesnerus. XIII. Lucianus vixit sub M. Antonino, & ei superstes fuit. Probaratur. Seueri attigit tempora. XIV. Num Juliani celeret victoriam Persecam? Tanta haec non fuit,

fuit. Maior fuit L. Veri & M. Antonini. XV. Obiicitur, quod unius tantum meminerit Imperatoris. Respondeatur. XVI. Christiani dicti sunt Galilaei. Paulus Apostolus in Philopatride sic vocatur. Non autem primum. Antiochiae sic dicti fuerunt. Paulus an reuera Galilaeus. Vnde sciuerit, Paulum fuisse recaluastrum & nasonem. Paulus Antiochiae & Corinthi, ubi Lucianus fuit, cognitus valde. Ibi Pauli effigies sine dubio fuit. Fortasse Antiochiae vel Corinthi domue splendidior, ubi conuenerunt Christiani. XVII. Stilus obiicitur. Respondeatur. Lucianus legit Aristophanem. Nouum genus dialogorum conscripsit. XXIX. Obiicitur maior rerum christianorum peritia. Respondeatur. Philosophus, historicus & Rhetor inquisuit in religionem christianam. Traditio de Lucilla, M. Antonini filia, L. Veri sponsa, a daemone liberata per Episcopum. XIX. Num Cpli confictus sit Dialogus. Luciani peregrinatio. In Gallia Rheticam est professus. Annos natus XL. dialogos scribere coepit. Fortasse primus est Philopatris. XXI. Sub M. Antonino multae per imperium calamitates. Fuerunt comites persecutionis christianorum. Hi mala praedixerunt. Gentilium calumniae, quod ob religionem christianam in orbem incumberent calamitates. Philopatris falso praedicat statum felicem sui temporis. L. Verum Imp. videtur notare Lucianus. Fuit is risui Syris. Seleucia contra datam fidem euersa. XXIII. In summam collectis argumentis Philopatris Luciano vindicatur. Aliud Luciani testimonium de Christo. Sandii mens de eo. XXV. Libanii testimonium. Christus quo modo factus Deus. XXVI. Theodosii Iudei testimonium e Suida. XXVII. Iudicium Suidae de narratione. E Iosepho & Luca eam probare nititur. XXIX. Probatur a nonnullis. XXIX. Conficta est narratio. Aetas Suidae. XXX. Narratio est auctoris christiani

stiani rerum Iudaicarum minus periti. Hierosolymae non fuerunt tantum XXI. Sacerdotes. Nullus Sacerdos e tribu Iuda. Iesus est e tribu Iuda. XXXI. Iesu in sacerdotum collegium non fuit cooptatus. XXXII. Iesu nomen in tabulas descriptionis relatum. Neque tamen velut Filius Dei viuentis. Tabulae Romanae vix videntur servatae in urbis excidio. Augustus & Tiberius cur Domini abstinuerint titulo. XXXIII. Iosephus non scribit, Iesum cum Sacerdotibus sacra fecisse. XXXIV. Christus Nazareti legit Scripturam, non tamen fuit Sacerdos. XXXV. Fraudem prodit, quod narratio ad Imp. non debuit referri: quod nulli Iudeorum cognitus arcanus ille liber. XXXVII. Galil Raziia testimonium dat Christo. XXXVIII. Galatinus & Mornaeus laudant librum. Antiquior ille est nostro Otttonis apostatae. XXXIX. Mubammedis de Christo testimonia. Plures Mubammedani clanculum sunt christiani. XL. Epilogus.

I.

AD paganos iam redeo, speciatim ad Plinium Secundum iuniorem, qui eodem, quo Iosephus tempore, & aliquamdiu post vixit ac floruit. Celebratissima est in omni antiquitate christiana eius Epistola XCVII. L.X. quam ad Traianum Imp. de rebus christianorum perscripsit, quamque non immerito reginam omnium reliquarum appellant. Dignam eam censuerunt doctissimi viri, Franciscus Balduinus, Conradus Rittershusius, Io. Gerh. Vossius, Io. Tesmarius, Christianus Kortholtus, Io. Christoph. Artopoeus, Iustus Henningius Boehmerus, Georg. Casp. Kirchmaierus, quibus in primis iungi merentur, Aug. Buchnerus & Iac. Thomasius & alii, quam singulari Commentario ob res varias, quae ad historiam Ecclesiae christanae primi istius temporis

temporis pertinent, illustrarent. Erat Plinius pro Praetore Proconsulati potestate missus in Bythyniam & Pontum, (nequaquam enim Hispaniarum praefecturam gessit, vt per errorem scribit Funkius Com. ad Chronol. L. V. ad A. C. 110) vbi cum ingentem christianorum multitudinem deprehendisset, nec quicquam sceleris, praeter christianorum nomen, in iis cognosceret, ad Traianum Imp. scripsit, & quae ratio esset rei christiana, & cultus, & constantiae christianorum, exposuit, vnaque eum consuluit, num supplicio dignum solum christianorum esset nomen. Inter alia scribit, quod aliquis christianorum apostata dixerit: *quod essent soliti statu die ante lucem conuenire, carmenque CHRISTO quasi DEO dicere secum inuicem.* Diem dominicam hic innuit, & tempus sacrorum matutinum antelucanum, quodque hymnis sara obierint, & CHRISTVM quasi DEVM iis concelebrant. Argumentum hoc est, pro DEO habitum cultumque fuisse CHRISTVM ab antiquissimis Christianis. Vox enim quasi non imminuendi vim hic habet, sed declarandi, & perinde valet ac *velut, utpote DEO.* Apud Tertullianum in Apologet. c. 2. ita haec verba leguntur: *ad canendum CHRISTO & DEO, quasi Christus & Deus seiungerentur.* Sed ex Hieronymo, qui Eusebii Chronicum est interpretatus, iam correctus fuit Tertullianus, & restituta lelio: CHRISTO ut DEO, quod pluribus Stephanus le Moine exposuit, in Not. h. l. p. 886. Horneius Dilpp. Theol. IV. Sect. II. §. 71. p 482. Historiam retulit Plinius, & quae in quaestionibus cognoverat, minime autem, quae ipse de Christo sentiret. Hinc figmentum est, ex fabulo Lucio Dextro petitum, ad fidem christianam fuisse Plinium conuersum, & martyrium subiisse tandem, quod explodunt B. Ittigius in Diff. de Patrib. Apostol. §. 32. p. 100. sq. & Hist. Eccles.

Ecclef. Sec. II. c. VI. §. i. add. Iac. Thomas. in V. Plinii Epistolis praemissa p. 54. 59. sq. I. A. Fabricius Biblioth. Latin. p. 478.

II. Augustiora sunt testimonia, cum ipsi Augusti pagani benignius de Christo senserunt. *Imperatores aliquot Romani Christum censuerunt inter Deos referendum, eruditissimus Galliae Praeful, P. D. Huetius, scribit, Demonstr. Euang. Prop. III. p. 71.* De Tiberio superius iam diximus; de Ael. Hadriano & Alexandro Seuero iam dicemus. De utroque ita Ael. Lampridius in V. Alex. Seueri p. m. 997. *Christo templum facere, voluit Alexander, eumque inter Deos recipere: quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulacris iusserat fieri: quae hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quae illa ad hoc parasse dicebatur, sed probitus est ab iis, qui consulentes sacra repererant, omnes christianos futuros, si id optato euenisset, & templo reliqua deferenda.*

III. Sed dubium hoc, quod tradit Lampridius, vide ri possit, propterea quod Hadrianus, teste Sulpitio Seuero, persecutionem quartam in christianos exercuit, & fidem christianam loci iniuria perimere cogitauit, in templo & loco Dominicæ Passionis daemonum simulacula constituens, Histor. Sacr. L. II. c. 31. nemoque veterum Ecclesiae Doctorum, qui fidem christianam propugnarunt, nec Iustinus Martyr, nec Athenagoras, nec Tertullianus, nec Cyprianus, nec alii historiae tam nobilis, quae causa admodum inferuebat, faciunt mentionem, quod Isaacus Casaubonus Not. in h. l. vrget in primis, & Henricus Kippingius repetit, Suppl. ad Pappi Hist. Eccles. p. 55. 100. sq. Existimat itaque Casaubonus, Hadrianum in omnibus ciuitatibus templa condere ius sse, suoque nomini consecrare constituisse, teste Spartiano in

in V. eius; morte autem praeuentum non potuisse destinata perficere ac dedicare, eoque templa mansisse sine simulacris, quae postea Christo fuisse destinata, vulgo crediderint, conf. B. Io. Andr. Schmidii Hist. Sec. II. fabulis maculata p. 52. sq.

IV. Paganus est scriptor Lampridius, nec causant habuit, in gratiam Christianorum ista cur fingeret. Ex publica fama haec scripsit, vt ipse fatetur: *quae ille, inquiens, ad hoc parasse dicebatur.* Dictum autem sine dubio id fuit non tam a christianis, qui Hadriani mentem minime perspexerant, quam a paganis, qui a maioribus acceperant, eo parata ab Hadriano fuisse consilio templa, vt Christo dedicarentur: nec vero exsecutum fuisse mentis destinatum, eo quod Sacerdotes gentiles verebantur, ne plane desererentur reliqua delubra. Quod de templis Deorum deserendis scribit, de eo iam Plinius fuerat conquestus, quod temp' a prope iam desolata, & sacra solennia diu intermissa, & rarissimus victimarum emptor fuerit inuentus, L. X. Ep. 97.

V. Iniquior vt fuerit primum Hadrianus in gentes christianorum, mitigatus tamen postea fuit, ex quo Quadratus & Aristides, ille Episcopus, hic Philosopher Atheniensis, apologetas pro fide christiana ei obtulerunt, & Serenus Grannius, vel Granianus, Asiae Procos. v. r. apprime nobilis, christianorum egit causam, scripta ad Imperatorem Epistola, ad exemplum Plinii, *iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine nominis tantum & seclae reos fieri.* conf. Fabricius de Ver. Relig. Christ. p. 157. sq. Hinc ipse Sulpitius mox addit, quod persecutionem exerceri prohibuerit, *iniustum esse pronuncians, vt quisquam sine crimine reus constitueretur,* quae verba ex Rescripto Imperatoris ad Minucium Fundatum,

num, Grannii successorem, desumpta videntur. Legitur illud apud Iustin. Martyr. in fin. Apol. ad Antoninum, & apud Eusebium L. VI. Hist. Eccles. c. 8. Atque haec causa est, quod Tertullianus, Melito Sardensis, Laetantius, Eusebius, Augustinus, Hieronymus, Orosius & alii indignam hanc tractationem, nullo Imperatoris edicto, sed populi clamoribus, factam, sumpta fiducia, quod Eleusinia sacra Athenis inuisisset, & omnibus paene Graeciae sacris esset initiatus, ut Hieronymus testatur, Catal. Script. Eccles. c. 29. praetererant, & quartam vexationem sub M. Antonino connumerent, quos recentiores sequuntur, negantes, nouam persecutionem sub Hadriano suscepitam fuisse. Dodwellus Diff. XI. in Cyprian. §. 28. sq. Drusius in Not. ad Sulp. Seuer. p. 268. Kortholt de Persec. c. IV. §. 2. Ittigiūs Hist. Eccles. Sec. II. c. 6. §. II. sq. Spanhem. summ. Hist. Eccles. p. 81. sq. Natalis Alex. H. E. To. I. p. 281. Imo Iustinius M. in Apol. 2. p. 99. Antonino Pio in exemplum proponit Hadrianum, ut aliam mitioremque ei mentem persuadeat, non facturus, si tam grauis ille fuisse Christianis. Nec spernenda sunt argumenta, quibus persuaderemur, quod benigno erga Christianos animo fuerit. Cum enim Iudeis interdixit, ne Aeliam Capito inam loco Hierosolymae exstructam inhabitarent, Christianis hoc permisit. Dio Cassius, vel potius Xiphilinus, (Cassii namque defunt) de Antonino scribit: *nec ceteris subiectis grauis*, nec Christianis infensus fuit, sed multam illis tribuit venerationem, & honori, quo Hadrianus honorauit Christians, *accretionem fecit*, & mox ad Eusebium prouocat, p. 564.

VI. Quod si in templo, & loco passionis dominicae templum exstruxit, aegre videtur voluisse facere rebellantibus Iudeis, quorum censu ac nomine Christiani, qui

ex

ex Iudeis primum prodierant, tum saepius habebantur, quod ipse innuit Sulpitius, nec alii scriptores templi in loco passionis Dominicæ exstructi mentionem faciunt. Xiphilinus in V. Hadriani commemorat, quod quo in loco Dei templum fuerit, eo Ioui alterum exstruī curauerit; sed & hoc in dubium merito vocatur. v. Sulpitius L. II. c. 30. 31. Huetius Demonstr. Euang. Prop. III. §. 21. Io. Lomeier. Dier. Genial. Dec. II. p. 84. Cellarius Program. LXII. Christiani Scriptores non prouocarunt ad Hadriani templa sine simulacris condita, fortasse quod ignorarunt, quia fana gentilium obire non solebant christiani, nec pluribus cognitum fuit Hadriani consilium, postea magis euulgatum, cum Lampridius scriberet, vel quod, vti Huetius respondet, parata esset gentibus responsio, templa quidem Hadrianum Christo exstruere coepisse, verum poenitus eum postea propositi, mandatumque reuocasse, atque proinde Christo destinata quidem fuisse templa haec, non autem dedicata, qui & fusiū ad reliqua a Casaubono obiecta respondet, loc. cit. p. 73. sq. quae repetit Kortholtus de Persec. c. IV. §. 9. 10. II. add. Tenzelius Coll. Menstr. anno MDCXCVI. p. 107.

VII. Tam ambitiosum ac diuinitatis fuisse cupidum Hadrianum, ut in omnibus ciuitatibus templa iussit fieri, quae suo consecrarentur nomini perfecta, id quidem ex eius moribus vitaeque ratione haud licet colligere. Athenis templum habuit sibi dedicatum, nec sine simulacris, ut testatur Spartanus c. 13. in V. Hadriani, & Pausanias in Atticis c. V; in Iouis Olympii quoque templo ipsius statua posita fuit, teste Xiphilino. Deinde Lampridius scribit, quod templa sine simulacris iussit fieri, eoque consilium eius minime fuit, vt suis instruerentur simulacris, sed vt manerent, qualia essent, Christo dedi-

dedicanda, quia inuisa christianis Deorum signa vel simula-
cra esse cognorat. Non itaque manserunt sine simulacris propterea, quod morte praeuentus Imperator ea non
immiserit, sed quod ex mente Hadriani nulla debebant
inseri, eoque nec a successore Antonino Pio simulacris
instructa fuerunt. Qui enim ipsum Hadrianum conse-
crauit, Deorumque numero inseruit, is haud dubie simu-
lacrū Hadriani fuisse additurus, si ea mente sciuisse
templa fuisse condita ab Hadriano. Nam, teste Capito-
lino, patris templum dedicauit, qua die Lucius Verus, ad-
optatus nepos, togam virilem sumpsit. Plura vero tem-
pla, non vnum solummodo, Christo Hadrianum destinasse,
Lampridius diserte scribit; ad quae respiciens Lud.
Viues scribit: *Hadrianus ex animo christianis fuit, sed occul-
te. Quin & molitum ferunt, ut Christus pro Deo recipi-
retur, templaque in eum usum erexisse: deterritum tamen con-
silio quorundam, qui affirmabant fore, ut cultus omnis Deo-
rum periret, si id fieret, quod de Christo cogitabat*, ad Augu-
stin. C.D.L. XVIII. c.52. Cluuerus Epit. Histor. L. VIII.
p. 299. Theod. Hesaeus Diff. cit. §. II. sq.

IIX. Ad Alexandrum Seuerum pergo, quo de
Lampridiū iam audiuimus, quod CHRISTO templum
voluit facere. Idem Seuerus, eodem teste Lampridio,
vel potius Spartiano, v. Fabricius Bibl. Latin. p. m. 115. in
Larario suo iuxta Apollonium Thyanaeum etiam Chri-
stum, Abrahamum & Orpheum coluit, iisque rem diuinam
fecit. Alexander, inquit, Seuerus, si facultas esset, si
non cum uxore cubuisset, matutinis horis in larario suo (in
quo & diuos Principes, sed optimos electos, & sanctiores ani-
mas, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorum
temporum dicit, Christum, Abrahamum & Orpheum, & bu-
iusmodi Deos habebat, ac maiorum effigies) rem diuinam fa-
ciebat.

ciebat. Nimirum mater Augusti Mammaea, religiosa fe-
mina, Origenem, celebratissimum istius aeui Doctorem,
ex Aegypto non Romam, sed Antiochiam, vbi cum filio
commorabatur, arcessiuit, audiitque de rebus differen-
tem diuinis; incertum adhuc tamen, quo euentu, & num
sacra christianorum publice sit amplexa. Alios etiam chri-
stianos in aula habuit Imperator, vitamque ad eorum mo-
res composita, e quibus meliorem de Christo facile hau-
sit opinionem. Ex horum etiam, vel Iudeorum ore, quod
Lampridius scribit, sine dubio profectum est illud, quod
frequenter in ore habuit, palatiisque praescribi iussit:
Quod tibi non vis fieri, id alteri ne feceris. Etsi vero Tob.
IV. 16. idem legatur dictum, magis tamen notum & fre-
quens in Christi schola fuit. v. Iac. Bernard de praestantia
relig. L. III. c. 8. p. 322. sq. v. Eusebius H. E. L. VI. c. 21.
Hieron. Catal. Script. Eccles. c. 54. Cae Hist. Lit. p. 54.
Natal. Alex. l. c. p. 598. B. Kortholt de Persec. c. 7. §. 5. seq.
Pfannerus Theol. Gentil. c. 4. §. 5. p. 149. sq. Quem ta-
men in christianorum propterea numero minus haberis
est, cum religiose cauerent veteres christiani, ne ali-
um quenquam iuxta Christum colerent Deum, quod
Marcellinae, feminæ Carpocratis sectæ addicte, vitio-
datum fuit. Natalis Alex. loc. cit. p. 283. Gemma quae-
dam exhibetur a Iacobo Wildio, in qua Christi mono-
gramma inter alpha & omega exhibetur, cum inscriptio-
ne: SAL DON ALEX FIL MA LVCE, quam sic inter-
pretatur laudatus Wildius: *Salus Donata Alexandro Filio*

Mammaeae Luce ^P axa, id est, Christi. Possit haec gemma
verisimile praebere argumentum, fuisse hunc Alexan-
drum cum matre Mammaea clam religioni christianaæ ad-
dictum; metu tamen etiam coluisse in larario profana nu-
mina. Et cum propterea maxime, quod erga matrem
vniue

vnice pius esset, vt scribit Eutropius, L. II. c. XIV. qui per annos XIV. sine *villa subiectorum querela & sine sanguine*, imperarat, Herodian. L. VI. c. 9. Maximini dolo fuerit interemptus, posteaque Imperator Maximinus christianos; praesertim eorum doctores, in odium Alexandri Seueri, grauiter vexarit, hinc etiam colligi posse videtur, quod opinio christiana fidei occasionem praebuerit rebellandi exercitui. v. Kortholt l. c. cap. VII. Christiani enim hoc vni sunt signo; sed an aetatem Seueri attingat, quod a & a addiderint, exquirendum. v. Fr. Bernh. Ferrariis de antiquo Eccles. Epistol. genere, p. 120. sq. Menckenius Diff. Acad. III. c. I. §. 5. c. II. §. I. p. 101. sq.

IX. Luciani Samosatensis clarum inter Sophistas nomen est, quem fidei christiana fuisse desertorem, misereque periisse, quippe disceptum a canibus, e Suida nonnulli tradiderunt, sed sine suffragio eruditorum. In duobus ille scriptis, nim. in dialogo, qui *Philopatris* inscribitur, & *de morte peregrini*, (hic illo sit recentior oportet) de rebus christianorum differit, & hic amorem ipsorum mutuum, & liberalitatem, ibi vero doctrinam in primis describit. Ita vero homo paganus de *Christo* scribit, vt & *Filiu Patris*, & *cum eo vnum esse* significet. Cum enim Iouem iurasset Critias, quem fingit, catechumenus, eum corrigit Triphon magister, & iurare iubet *Deum alte regnante, magnum, immortalem, coelestem, θεον των πατρων, πνευμα την πατησιν εντοπευόντος, την τριάν, καὶ την εὐδαί τρια*. *Filiū Patris, Spiritum ex Patre procedentem, vnum ex tribus, & ex uno tria*, Philopatr. To. II. p. 770. ed. Graeu. Luculentum hoc est testimonium de fide istius temporis christianorum, qui *vnum coluere Deum, & in uno Deo tres hypostases*. Fides haec exprimit illud Iohannis: *Ego & Pater vnum sumus*, Ioh. X. 30. vel potius illud, i. Ioh. V. 7.

Tres

Tres sunt, qui testimonium perhibent in coelo, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt.

X. Verum obuertatur, a Luciano in dialogo, de morte Peregrini, Christum vocari ἀνεπολεπτομένου *Co¹⁵⁷ριστου* crucifixum Sophistam, eoque pessime conuitis proscindi. Respicit sine dubio ad haec verba Suidas, cum scribit, καὶ αὐτὸν Βλασφημεῖ θεὸν χριστὸν οὐ παριστάντος, & ipsum Christum conuitis exagitat scelestus. At dudum ab Alciato, Ger. Io. Vossio, B. Mich. Walthero, & aliis est obseruatum, vocem Σοφίαν in primo suo accipi significatu, qui tum frequens erat, quo Doctorem sapientiaeque magistrum & sedae conditorem significat, quo modo Solon & Pythagoras ab Herodoto Sophistae appellantur, v. Heumannus AEt. Philosopher. P. I. p. 82. sq. & quae nos diximus in Techn. Sacr. c. II. §. 4. Atque hinc Photius nihil commemorat de maledictis Luciani in Christum, cum de eo agit, quin potius honorifice sentit, Cod. 128.

XI. Vsi hoc argumento sunt magni doctissimique viri, vt veteris Ecclesiae fidem de Trinitate, seu tribus vno in Deo personis, quae ante Concilium Nicenum publica fuit, comprobarent. In his est Horneius Dispp. Theol. IV. Sect. II. §. 71. p. 482. Georgius Bullus, doctissimus Anglus, Defens. Fid. Nicen. Sect. II. c. IV. §. XI. p. 123. sq. B. Mich. Waltherus filius, in Progr. quo Festi dies Spiritui S. sacrati more consueto fuere significati Vitebergae, anno MDCXC. B. Gottfr. Olearius in Diff. de Spiritus S. adoratione & glorificatione §. XVI. Io. Francisc. Buddeus in Diff. de veritate religionis christiana philosophorum gentil. obtrectationibus confirmata §. VII. Stephanus le Moyne Not. ad Varia Sacra P. I. Tom. II. p. 186. seq. Io. Bapt. Röschelius de Fidei Nicenae Antiquitate §. XLVII. Frid. Ern: Kettnerus in Histor. dicti Iohannei i. Ioh. V. 7. c. II.

c. II. §. 10. & alii, cuius vim argumenti eam agnouit Socinus, hostis Trinitatis acerrimus, vt in tota antiquitate pro Trinitatis mysterio nihil firmius, nihilque evidentius existat.

XII. Verum irritum erit hoc argumentum, quod in subsidium profano ex auctore petitur, non esse confitam in Niceno Concilio Sacrosanctam Trinitatem, quae Arianae & Sociniana gentis est opinio, si auctor dialogi non est Lucianus, quae est sententia Iac. Hasaei, Bibl. Brem. cl. IV. p. 1063. aut si auctor in Iuliani Apostatae aetatem, vel secundum Guil. Whistonum ad V. seculum, vel IV. finem, A&E. Erud. 1714. p. 37. reiiciendus sit, confessus ab alio Luciano, Sophista istius temporis, quem Io. Burdelotius filium dieit illius, contra temporum rationes; sitne nepos, an pronepos, an nulla eum cognatione attingat, incertum, secundum Fabricium Bibl. Graec. L. IV. c. XVI. p. 488. Peculiari eruditaque dissertatione sibi demonstrandum sumpsit hoc argumentum vir doctissimus, Io. Matth. Gesnerus, iam Professor Goettingensis celeberrimus, *de aetate & auctore dialogi Luciani, qui Philopatris inscribitur, Ien. 1714. 8vo*, & ingeniose excogitatis argumentis verisimile reddidit. Laudat hanc sententiam celeb. Heumannus, eique subscriptibit, Poecil. To. I. p. 248. Lieebit tamen, venia doctissimorum virorum, circa hanc sententiam monere quaedam, quae si Luciano parenti foetum non omnino vindicant, occasionem tamen praebebunt illustrandi hoc argumentum.

XIII. Artemidorum ait vir doctissimus citari in Philopatride, qui sub Antonino Pio vixerit, quod Vossius ex ipso Artemidoro probat, de Hist. Graec. L.I. c. 22. p. 143. cum Lucianus sub Traiano, consentientibus fere eruditorum suffragiis, quibus Suidas praeiuit, vixisse statuatur.

v. Fabri-

v. Fabricus in Biblioth. Graec. L.IV. c. XIII. p. 402. & c. XVI. p. 500. Sed vero ostendit Vossius loc. cit. L. II. c. 25. p. 232. Lucianum in Pseudomante commemorare Marcum Antoninum, eiusque bellum cum Marcomannis & Quadis, ipsumque Marcum θεὸν diuum appellare. Verba sunt: διατέμωται εὐ τομαία ωλέρες αἰμάσσοις, ὅτε θεῖς Μάρκος ἦν τοῖς Μαρκοφάνοις καὶ καόδοις συνεπλέκετο. Vigente Germanico bello mittit oraculum, quando diuus Marcus cum Marcomannis & Quadis configebat, in Pseudomante Tom. I. p. 775. Obiter addo, quod Celso, christianis infensissimo, contra quem Origenes scripsit, inscripserit Pseudomantem, vnde & huius aetas potest colligi. Fabricius Biblioth. Graec. L. III. c. 33. p. 809. Ipse Lucianus in Achaia audiuit historicos, historiam belli Parthici, quod Verus gessit, recensentes, &, vt colligere licet, ante quadragesimum aetatis annum, quomodo conscrib. sit historia, Tom. I. p. 611. & To. II. in bis accusato p. 232. 235. Peregrinus etiam, Cynicus Philosophus, exchristianus, cuius de morte Luciani exstat dialogus, rogo consenso seipsum combusit An. C. CLXIX. die XVI. Iulii, imperante Marco Antonino, tribus ante mortem L. veri annis, vt scribit Caluisius in Chronol. p. 485. conf. Fabricii Bibl. Graec. L. IV. c. XVI. p. 500. & Annotat. in Lucian. ed. Graeu. Tom. II. p. 558. Ven. Moshemius quidem mortem Peregrini refert ad ann. CLXV. de vera aetate Athenagorae Apolog. §. XI. conf. Bibl. Brem. cl. II. p. 875. Sed parum differt, nechui obest argumento. Vnde consequitur, quod sub M. Antonino Philosopho, a quo iam senior Aegypti procurator fuit constitutus, quod ipse commemorat, Apol. pro mercede conductis, T. I. p. 491. Vossius de Nat. Rhetor. c. XII. p. 88. eoque defuncto adhuc vixerit Lucianus, & Artemidorum vel ac-

X

qualem,

qualem, vel non multo superiorem sine parachronismo potuerit laudare. Vixit itaque post Antonini Philosophi tempora, & si nonagenarius obiit, vt legimus apud Fabricium, Seueri quoque aetatem attingere potuit; sub Seuero autem, num vixerit Artemidorus, qui post Commodum, Pertinacem, & Didium XIII. annis post mortem Philosophi obtinuit imperium, & ex silentio Tertulliani, scriptores ὀνειροχειτικοί, commemorantis, idoneum sumatur argumentum, non disquiram.

XIV. Victoria, porro ait, celebrari sub finem dialogi, quam Julianus reportauit a Persis, multum, vel nimum potius, eo tempore a Paganis initio celebratam, §.32.33. quam pluribus describit Ammianus Marcellinus, L. XXIII. & XXIV. in primis Zosimus, qui ita narrationem finit: Julianus est mortuus οὐ πέριν ἢν τερσάν πυγμονίαν απολέιας καταβήσθας ἐχάρης, Persarum imperio propemodum ab eo iam ad extremum exitium redacto, L. III. p. m. 187. Vicit Julianus, sed tanta tamen victoria non fuit, vt dicere potuerit Cleolaus: Cecidit supercillum illud etiam olim Persidis fama celebratum, atque Susa, urbs inclita. Castella quaedam & oppida minora occupauit, praeliisque minoribus superior discessit, nec tamen sine omni clade: substituit autem cursus victoriarum ad Ctesiphontem, limitem illum Romanii imperii, ipseque Imperator interiit. Contra ea longius progressus est Verus, completamque de Persis viatoria ac triumphum reportauit, vt eam Cleolaus viatoria nunciare videatur. Victor ita de ea scribit: eius (L. Veri) ducu Persae, cum primum superasset, ad extremum triumpho cessere rege Vologeso, de Caesariib. c. 16. Xiphilinus e Dione pluribus persequitur, quomodo Vologesus, rex Parthorum, exercitum Romanorum interclusum,

sum, telis confecerit, postea vero vietus sit a Cassio, Veri legato, Seleucia & Ctesiphonte, regis regia, vastatis, p. 565. Iul. Capitolinus scribit: duces autem confecerunt Parthicum bellum, Statius Priscus, & Auidius Cassius, & Martius Verus quadriennium, ita vt Babylonem & Mediam peruenirent, & Armeniam vindicarent: partumque est ipsi nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est, in V. Veri p. m. 873. In hunc itaque potius verba Cleolai conuenire videntur, cuius auspiciis Ctesiphon vastata fuit, quae, vt olim Susa, sic iam regia erat, quam rex Pacorus incolarum viribus amplificatam & moenibus Persidis effecit specimen summum, vt loquitur Amm. Marcellinus L. XX. p. m. 270. quod idem videtur esse, quod ὁ φρῦς οἱ παλαιὶ θυμέντωρῶν, supercilium Persidis olim fama celebratum, in Philopatride p. 779. Jungamus Seleuciam, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci, vt ab Ammiano vocatur, quae cum quadringentis hominum millibus (Eutropius minus recte quadraginta millia scribit,) capta & incensa fuit, Orosius Lib. VII. c. 15. Susa quidem capta non leguntur; quia tamen nomen Armenici atque Medici obtinuit Verus, quae conterminae sunt regiones, nec Ctesiphon atque Seleucia longe nimis Susa distant, facile ad colligendum est, quod fama in maius extulerit viatorium, quam Cleolaus colloquentibus nunciat.

XV. Verum excipit vir eruditissimus, vnius tantum αὐτοκράτορος fieri mentionem, cum tamen fratres aequato iure administrarint imperium, & utriusque oblatus sit honos & nominis deuictarum gentium, & triumphi. Sed scripsit fortasse Philopatrin Lucianus ad primum viatoria nuncium, vti Cleolaus festinans haec nunciarat, & cum Verus haereret Antiochiae in Syria, vni res in Syria gestas tribuit Imperatori Vero. Atque huius mode-

stiae tribuitur, quod Marcum fratrem participem fecerit & nominis devictae gentis, & triumphi, quod tamen prius factum haud est, quam die triumphi, quod ita futurum, scriptor dialogi scire non potuit. v. Capitolinus in V. Veri p. 854. Hoc malim dicere, quam soli Marco applaudi, eo quod Verus extinctus iam fuerit. Victor quidem scribit: *Eius ductu Persae, cum primum superauiscent, ad extremum triumpho cessere, Rege Vologeso: Lucius paucis diebus moritur, de Caesaribus c. 16.* Et Orosius: *cum fratre de victoria Parthica triumphavit: ac non multo post, dum cum fratre in vehiculo sedet, suffocatus interiit,* L. VII. c. 15. Sed cum per triennium apparauerit bellum Marcus contra Marcomannos, ex quo Parthicum erat confectum, tot saltē annos Parthico superuixit Verus, in via defunctus ad Marcomannicum cum fratre iturus bellum. v. Capitolinus, & Eutropius.

XVI. Porro dicitur, Iuliani apostatae tempore per contemptum christianos dictos fuisse Galilaeos, volente iubenteque sic Julianus, ut prodidit Nazianzenus. Nota etiam in vulgus verba sunt, quae dixisse scribitur Julianus in proelio vulneratus ac moriturus: *vicisti tandem, Galilaei, Christum eo nomine intelligens, Theodoreus* L. III. c. 20. Natalis Alexander quoque existimat, medio quarto seculo sub Julianus apostata christianis id nominis fuisse impositum, Hist. Eccles. Sec. I. Dist. XX. p. 212. Paulum vero Apostolum in Philopatride vocari γαλιλαιον αναφαλανθιαν, επιερισσον, Galilaeum recaluastrum, nasonem. Enim uero incerta nituntur fide, quae de ultimis Juliani in Christum iniuriosis dicuntur verbis, cum nihil eius neque Cyrilus, neque Nazianzenus, qui contra Julianum strinxere calamus, commemorent. vid. Rabenerus Amoen. Histor. Philol. p. 85. sq. Non ignotum fuit Antiochiae, ubi
ver-

versatus est Lucianus, utpote δη ηγέρος ἐν Αὐτοχετα ἡνς Συρίας, orator seu causarum patronus Antiochiae Syriae, Suida teste, Galilaeorum nomen, siquidem christiani ibi primum sunt appellati, qui Nazaraei & Galilaei antea dicebantur. Suidas in V. χριστιανός, quae appellatio postea, saltem contemptus ergo, perdurauit. Quis enim credat, gentiles uanam consensu statim adoptasse christianorum nomen, ut non pristino quoque eos compellarint. Certe Tiberianus, qui sub Traiano in Palaestina Praefidis est funsus munere, apud Suidam, ἀπέκαμον τιμωρήμαν τῷ Φορέων τέ τοις Γαλιλαῖς, τάς τάς θύματος τῶν λεγομένων χριστιανῶν. Defatigatus sum puniendo, & neci tradendo Galilaeos, qui nobis veniunt sub nomine christianorum, in V. Traianus. Et Arrianus, homo gentilis, christianos Galilaeorum nomine traduxit, L. IV. Dist. in Epist. c. 7. vid. W.E. Tenzelius Colloq. Menstr. an. MDCXCIV. p. 901. sq. Io. Fr. Hebenstreit christianus πολυων. c. II. §. 2. Neque christianos, sed Paulum appellat Galilaeum, qui reuera Galilaeus fuit, si audiamus C. S. Schurtzfleischium, quippe qui parentes habuit, qui exciso Giscalae oppido, Tarso in Cilicia sedem domiciliumque fixerunt, & ius ciuitatis Romanae sunt adepti, cum ciuitas stetisset a Iulii Caesaris partibus. Praeuiuit hanc de Patria Pauli sententiam Hieronymus, quam suam fecit Lomeierus, dier. genial. dec. I. p. 59. sq. Quod si caluaster & naso fuit Apostolus, ut garrulus scriptor innuere videtur, non quidem necesse est, ut cum Theophilo Raynaudo statuamus, eum in templo aliquo Pauli conspexisse imaginem; neque enim templum habebant christiani, multo minus imaginibus, nedum auro exornata. Sklerander Hist. Antiqu. Eccles. Chr. p. 478. not. 16. nam priuatorum in aedibus siue Antiochiae, siue Corinthi, vel alibi in Achaja, eam facile potuit conspicere. Etenim Pauli non inco-

gnitum Antiochiae nomen fuit, qui tum ibi vltra annum est versatus, cum christianorum primum innotuit nomen, Act. XI. 25. 26. & postea eo rediit, & non exiguum tempus ibi est commoratus, Act. XIV. 26. 28. & iterum aliquamdiu ibi substitut Hierosolyma reuersus, Act. XV. 35. Neque Corinthi & in Achaia incognitus Apostolus fuit, vt pote qui vltra biennium Corinthi & in Achaia est versatus. Quis dubitet, & Antiochiae, vbi artes & literae, teste Cicerone pro Archia, nos negligebantur, opulentique ciues erant, & Corinthi, vbi tam diu docuit, & quidam a Paulo volebant nominari, 1. Cor. I. 12. multique ditiorum christianam erant amplexi fidem, 2. Cor. IIX. 7. sq. plurimumque statuis & imaginibus tribuebant, tuisse quosdam, qui Pauli imaginem suis in aedibus seruarent. Certe Marcellina, scortum Carpocratis, qui eodem, quo Lucianus, vixit tempore, teste Augustino c. VII. de haeret. colebat imagines Iesu, & Pauli, & Homeri, & Pythagorae, adorando in censumque ponendo. Colberg. de Orig. Haeret. c. III. §. 2. p. 69. sq. Eusebius certe L. VII. H. E. c. 17. 18. vbi dixit, statuam Paneade seu Caesareae Philippi a muliere Syrophoenissa erectam imaginem Iesu habere, subiungit: *Neque mirum quicquam est, gentiles, qui opem aliquam a Seruatore nostro acceperant, hoc fecisse, cum Apostolorum eius, Pauli & Petri, ipsiusque adeo Christi imagines coloribus depictas asseruari ipse viderimus, veteribus scilicet more gentili quasi Seruatores suos isto honore prosequi solitis.* Fabricius Cod. apocryph. N. T. p. 445. sq. Et si fortasse tam absurdum non sit, Antiochiae & Corinthi, in quorum vtraque plures christiani erant, aedes fuisse bene ornatas, in quibus christiani conuenerint, quo modo 1. Cor. XI. 18. verba συνεχομένων ἵμων οὐ τῇ ἰκαλησίᾳ nonnulli interpretantur. v. Nic. Fullerus Mischell. L. II. c. 9.. Götten Obs. Sacr. L. I. c. 11.

Certe

Certe Lucianus pro loco conuentus vocem ἰκαλησίας adhibet, in Dial. Mercur. & Maiae Tom. I. p. 232. ἔωθι, inquit, ἡξατάντα σαίρει τὸ συμπόσιον δῆ, καὶ διατραπαντα τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λα. Mane surgendum est mibi, & verrendum conuiuii coenaculum, & sternenda curia seu locus concionis. Et tempore Clementis Alexandr. visitata iam erat haec notio. Sic enim scribit: ἀ γὰρ τὸν τίκον, αλλὰ τὸ ἄθριον τὸν ἐκκλησίαν καλῶ. Non enim iam locum, sed congregacionem electorum ecclesiam appello, L. VII. Strom. p. 715. Non itaque res est adeo incredibilis, Lucianum vel Antiochiae, vel Corinthi, quae opulentae vrbes erant, in domum aurato fastigio insignem, quam p. 776. describit, vbi concio fuerit christianorum, potuisse introduci.

XVII. Stili ratio obiicitur, & dudum Marcilius stili ineptias in hoc notauit dialogo, quo refert illud: Φῦ, Φῦ, Φῦ, Φῦ τὸν ὕθλαν ἴκινων, ίθ, ίθ, ίθ, ίθ τὸν δεῖνῶν θελευμάτων, αἱ, αἱ, αἱ, αἱ τὸν κενῶν ἐλπίδων, p. 765. Deinde notatur inaequale dicendi genus, quod modo fastuosum est, modo humili repit; stilusque impeditus & obscurus etiam mouit Is. Casabonum, vt dubitet, an sit Luciani; porro metri errata in versibus obseruantur; & tandem paupertas sermonis & inopia verborum, dum eadem saepe verba repetuntur, arguitur. Ad primum respondeatur, quod non idem ubique dicendi genus idem teneat auctor; fortasse mutauit de industria stilum, & a conueta scribendi ratione abiit: & cum Aristophanem laudet, facile colligitur, quod ex eius riuulis desumpserit formulam. Atque hoc ipsum est, quod Dialogus, qui eum accusat, in bis accusat To. II. p. 235. 236. notat in Syro, hoc est, Luciano, quod a veterum dialogos scribendi ratione multum recesserit, quod comicam, Satyricam & ferme ridiculam formam dialogis induxit; quod Eupolim &

& Aristophanem agat, & noua mixtione dicendi temperatus neque pedestris, neque sublimis incedat. Optime autem ista conueniunt in Philopatrin, quo absens patriae se amantem, vel ipso titulo voluit ostendere, vnde fortasse discessit bello exorto Parthico; pauper enim adhuc scripsit dialogum, vt in fine docetur; postea demum in Gallia factus dicitur, bis accus. p. 232. In eo comicas adhibet formulas ex Aristophane, quem nominatim citat, dictio[n]emque poeticam insolitamque admisceret, & modo altius surgit, modo autem se demittit iterum, quo ipso ad id, secundo quod obiectum est, respondet. Ad tertium & quartum quod attinet, fortasse verum Imp. traducere voluit, Antiochiae haerentem, deliciis deditum, dum legati eius bellum gerent, qui, Capitolino teste, *melior orator fuit, quam Poeta, imo peior Poeta, quam rhetor.* Interim dictio[n]em Luciani dialogus in multis redolet, quod non leue in genere critorum est argumentum.

XVIII. Maior hic rei cognitio christiana proditur, quam alibi, vbi tamen esset occasio ostendandi, vt solet Lucianus, variam rerum cognitionem, qui & Mosen hic intelligit, cum ait, *θραύλωσον tardilinguem* scripsisse, verbo solo lucem incorruptibilem dissoluisse tenebras, quod Gen. I. legitur, ad aliaque V. T. dicta alludit, quod & Huetius virget argumentum, Demonstr. Euang. p. 61. Sed non omnem quis vbiique effundit, quam habet, rei scientiam, nec animus ei fuit ex instituto eam, quam nec habuit, prodere, sed caput eius praecipuum ridere. In dialogo de morte Peregini, qui posterior scriptus est, de mutuo christianorum amore ac benignitate satis perspicue scripsit. Qui enim Philosopher, Historicus, Orator & Poeta eximus erat, is non facile quicquam omisit, quo minus cognosceret doctrinæ

nae rei[us] christianaæ, quae tam late tum patebat, rationes, quod ei perfacile fuit in tanta multitudine christianorum, quae & Antiochiae, & Corinthi, vbi versatus est, fuit, quam vt proderet, vel inde sumpsit occasionem, quod christiani male sunt ominati post Romanorum a Persis acceptam cladem, quae ita perterriti vicinos, vt etiam Syri defectionem meditarentur; vel etiam, quod persecutio suscepta fuit M. Antonini praecepto, quae tamen Antiochiae & in Syria L. Veri mandato exercita non fuit, quod ex Tertulliani Apol. c. V. licet colligamus. Quod si verum esset, quod Lucilla, Marci Imp. filia, dum sponsa esset Veri, a malo daemone agitata, per Hierapolitanae Ecclesiae Episcopum Albertum sit liberata, qui ab Imp. eo nomine obtinuerit, vt pauperibus in sua Ecclesia erogarentur quotannis ter mille modii frumenti, quod ex Baronio refert Calvisius, in Chronol. p. 484. in promptu causa foret, cur Lucianus occasionem sumpserit scribendi de christianorum in suos liberalitate, eorumque dogmata quaedam inserendi Philopatridi. Sed Episcopi Albertii nomen, quod Germanicam redoleat originem, narrationem mihi suspectam reddere videtur: interim non ignoro, quod Imp. Septimius Seuerus Proculi christiani vsus sit ope, per oleum ab eo curatus, sine dubio per miraculum, secundum praescriptum Iacobi c. V. 14. v. Tertullian. ad Scapulam c. IV.

XIX. Constantinopoli aetam esse fabulam coniicit auctor doctissimus, eo quod Propontidis & Ponti Euxini fiat mentio. Sed quis nescit, locum in eiusmodi dialogis saepe fingi, vbi sit habitum colloquium, qui omnium minime tamen fuit. Quod funibus trahi naues onerariae debeant per Pontum Euxinum, si boreas fluens attollat, quisque facile scire potest, vti scimus, quis ventus aduersus

sus sit fretum Herculeum transeuntibus; & Lucianus in Achaia versatus vel maxime Propontidis situm cognoscere potuit. Quin ipse doctissimus auctor agnoscit hyperbolicam esse formulam, & mendaciis eam annumerat, p.36. Quod si CPli Iuliani tempore confectus esset dialogus, mirari subire posset, quod a nullo doctorum christiani populi, qui tum frequentes erant, fuerit citatus, nullumque nomen meruerit coaeuuus Lucianus.

XX. Erat Lucianus ὀνυγόρος τῆς Αὐλοχείας εἰς Σύδας, orator seu patronus causarum Antiochiae in Syria, vt scribit Suidas: sed cum pertaesus esset huius vitae generis, tum vt tyrannorum evitaret accusations, & optimatum laudes, tum alias ob causas, quas ipse exposuit, in reuiusc. To. I. p. 406. & in bis accus. To. II. p. 234. sq. varias ille suscepit peregrinationes Antiochia digressus, peruenitque in Ioniam, Graeciam & speciatim Achaiam, hinc transit mare, & in Italiam peruenit, & ex hac in Galliam perterrit, vbi Rhetoricam professus ditionis est factus, quae breuiter repetit in Apol. pro mercede cond. To. I. pag. 493. Hinc digressus iterum in Graeciam rediit, & philosophiae studium amplexus dialogos scribere coepit, annos prope natus quadraginta, quod ipse enarrat, dum ad accusations Rhetoricae, quod se neglecta Dialogo se adiunxerit, respondet, in bis accus. To. II. p. 235. sq. In Achaia, sine dubio prope Corinthum in iudicis Isthmicis, (erant enim & ingenii certamina,) audiuit scriptores quosdam recitantes historiam belli Parthici, seque vera scribere ait paratum esse iureiurando confirmare, si conueniens foret eiusmodi commentario iuriurandum inserere, quomodo scribit Histor. Tom. I. p. 611. Posset videri hisce verbis respxisse ad Philopatrin, cui iuriurandum est insertum, de quo multum disputatur, praesertim cum nonnulla notet in historicis

historicis illis, quae in Philopatride a doctis sunt notata, vt quod splendidum sit prooemium, & corpus historiae paruum, quomodo post longum sermonem pauca de Persica victoria narrantur; quod poetica verba misceantur, & mox iterum vulgariter fluant; quod veritas vel negligatur, vel in maius extollatur, vti victoria Persica extollitur, & Sula nūciantur capta; & quod quis se Homero praetulerit, propterea quod patriam suam Miletum nominarit, quam ille haud nominauerit vñquam. Incidit fortasse bellum Perficum sub idem tempus, quo aggressus est Philosophiae studium, & dialogis tractare coepit, vt Philopatris si non sit primus, inter primos numerari debeat.

XXI. Neque nullius ponderis est argumentum, quod doctissimus Anglus, Georgius Bullus vrget, quod sub Marco Antonino multae in orbem incubuere calamitates. De his Aurel. Victor scribit: *Marcus Antoninus virtutum omnium coelestisque ingenii exstitit, aerumnisque publicis quasi defensor obiectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quietis erat; perque omnem orientem, Illyricum, Italiam Galliamque bella feruebant: terrae motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebrae, locistarum species agris infestae prorsus, vt prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante saeuierit, in Epitome c. XVI. p. 258.* De lue, & strage per eam data, etiam scribit Eutropius L. IIX. c. 6. Capitolinus, p. ni. 854. Amm. Marcellinus L. XXIII. p. 270. Orosius L. VII. c. 15. cuiusnon possum praeterire verba: *secuta est lues (post persecutionem suscepitam) plurimis infusa prouinciis, totamque Italiam pestilenta*

lentia santa vastauit, ut passim villae, agri atque oppida sine cultore atque habitatore deserratae, in ruinas sylvasque concesserint: exercitum vero Romanorum cunctasque legiones per longinquaque late byberna dispositas ita consumptas ferunt, ut Marcomannicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi novo delectu militum --- gestum fuisse referatur. Videtur prodere cogitationes christianorum Orosius, homo christianus, quod vexatio suscepit multas habuerit comites calamitates. Atque hoc ipsum est, quod in Philopatride licet obseruare. Christiani, qui frquentes tum Antiochiae, quam reliquerat, tum Corinthi, vbi versabatur Lucianus, quos haud dubie intelligit Philopatris per *Sopistas mala praedcentes*, post fusum deletumque Romanorum in Persia exercitum viginti millium, postquam Vologesus, rex Parthorum, graui eruptione Armeniam, Cappadociam, Syriamque vastauit, suscepit amque a M. Antonino, Lucii fratre, christianorum persecutionem, quae durante Parthico bello in Asia & in Gallia grauis praeceperat. Marci exstitit, vt scribit Orosius loc. cit. maiora paelagierunt mala, & in gentiles retorse- runt ipsorum accusationes, quod ob fidem christianam de- sertaque idola tot mala in orbem terrarum redundant, vel vt Orosius loquitur, quod tempora veluti malis extra solitum infestissima ob hoc solum, quod creditur Christus, & colitur Deus, idola autem minus coluntur, infamarunt, in Praefat. librorum contra gentes, quos propterea, vt calumniam istam retunderet, conscripsit, siue ante eadem calumpnia occasio- nem praebuit Arnobio suos contra gentes, & Augustino, suos de Civitate Dei concribendi libros. v. Kortholt de Vita & moribus Christian. prim. c. XV. Cum vero postea victi sunt Persae a Romanis duce Auidio Cassio, Lucianus forte dialogum scripsit Philopatrin, vt patriae se amantem ostenderet,

deret, etiam extra patriam, in exteris terris, & vna exagitat christianos, quod calamitates frustra praedixerint, cum vi- etoria secuta sit, quam ampliorem promittit. Atqui hoc vrgetur, quod felix tum fuerit rerum status, cum scriptus est Dialogus. Ita quidem res habet ex mente auctoris; sed si serio scripsit, talis neque sub Marco, neque sub Juliano fuit. Quod vero dicit Triphon, δυσλοκει η πολις, fortasse ad id respexit, quod ad defectionem Syria inclinavit; vel de L. Ve- ro, qui Antiochiae & apud Daphnen quadriennium trans- egit, & omnibus deliciis vitisque indulxit, male est omina- tus, vt πολις more solito pro Roma accipiatur. Et quis pu- tet, Lucianum ad ridendum compositum tam serio descri- bere statum temporum suorum, vt veri vbiique regulam sequatur?

XXII. Certe non plane sunt nulla argumenta, quod ipsum Imp. L. Verum tacite notarit, qui in via dum esset, ad bellum profecturus Parthicum, apud Corinthum, vbi Lucia- nus fortasse tum est versatus, & Athenas inter Symphonias & cantica nauigabat, & per singulas maritimas ciuitates Asiae, Pamphiliae Ciliciaeque voluptatibus immorabatur, & in Sy- ria Antiochiae, vti molles & ludicris spectandis dediti erant Antiocheni, quod Zosimus in eis notat, L. III. p. 159. & apud Daphnen omni indulxit generi voluptatum, libidinibus, de- liciis, luxui & ignaviae deditus, vt risui esset omnibus Syris, iocusque fieret in theatro, vti fuere proclives Antiocheni ad iocos & probra, quod notat Ammianus Marcell. L. XXII. p. m. 244. & exprobrat Julianus Imp. in scripto, quod μισ- πράγμα appellatur. Sic prodidit de eo Iul. Capitolinus: *Vbi in Syriam profectus est, non solum licentia vitae liberioris, sed etiam adulterii & iuuentutis amoribus infamatus est.* Omitto reliqua, quae fuse enarrat, p. m. 851. Videamus nonnulla

nonnulla, an conueniant in L. Verum. Auidius Cassius, legatus Imp. contra fidem datam Seleuciam, cum quadringentis hominum millibus, cooperat ac vastarat. Ita Capitolinus, cum de exorta pestilentia dixisset: *& hoc non Lucii Veri vitio, sed Cassii, a quo contra fidem Seleucia, quae ut amicos milites nostros receperat, expugnata est.* Huc respicere videri possit Lucianus, cum in Philopatr. multa de iure iurando differat, num per Iouem, per Apollinem, Neptunum, & alios Deos, an per Deum Trium christianorum, fieri debat: tandem vero concludit: *quare iam Deum istum tibi appono, & iuro, quod mali a me nihil patiere; cui respondebit Triphon: si modo ex corde me diligis, ne quid alienum aut nouum in me facias, ne aliud celas animis, aliudque loquaris.* Fortasse a christianis notata & exprobrata fuit ista contra fidem datam Seleuciae eversio, cum pestilentia in orbem incumberet, monitumque, quod id non ficerent, qui per verum iurarent Deum. Deinde Verus barbam in Syria promisit: *fuit enim barba prope barbarice demissa procerus* scribit Capitolinus, quam ad amicae vulgaris arbitrium in Syria posuisse fama fuit, unde in eum multa sunt a Syris dictoria iactata. Lucianus in Philopatr. Iouem traducit, eiusque scortationes recenset, quod cum Aethiopibus sit conviuatus, vinoque madidus desederit *barba ingenti.* Neptunum traducit Philopatris, quod moechus fuerit, & eiusmodi libidinum patronus. Talem se gesserat in oriente Verus, & postea quoque Romae, non sine fratribus Antonini tacita indignatione. Et vti Syri defectionem a Romanis cogitarunt, sic ipse Lucianus Syrus videti possit non nimis male affectus fuisse erga regem Parthorum Vologesum, cum in historico quodam reprehendit, quod Imp. L. Verum, Antiochiae dicens, cum Achille, & Persarum regem cum Thersite,

&

& non potius cum Hectore, maiori Lucii laude, comparasset, & Ironice, vt videtur, recitat, quod scelestissimum & pessime perditum Vologesum appellari, quomodo scribit Histor. To. I. p. 611. sq.

XXIII. Cum itaque Luciani genius & dicacitas in Philopatride deprehendatur, phrasis etiam & dictio eiusdem sit similis, cum nulla sit facile forinula, quae non alicubi in scriptis eius occurrat, praetereaque rerum modique tractandi conuenientia sit, quod ipse Cl. Gesnerus §. II. sq. ostendit, nondum sufficientem causam video, cur Lucianus non sit Philopatris, quam ei tribuere non dubitat criticae artis a prime peritus, I. A. Fabricius Bibl. Graec. L. IV. c. 16. p. 504. Suo itaque robore adhuc nititur argumentum, quod inde defumunt christiani Doctores pro credita a christianis temporis illius vno in Deo Trinitate, Deique Filio: Omitto hic, quae de morte peregrini To. II. p. 566. scribit: *τὸν μέγαν γε τὸν ἐπίκοντα αὐτῷ πάτερνον αὐτῷ παλαιότερον αὐτῷ κολωτοῖς θύμα.* Itaque etiamnum magnum illum hominem collunt, qui in Palestina crucifixus est: & iterum: *τὸν δὲ αἰσθητοὺς τούτους ἐπίκοντας οὐδεὶς αὐτῶν προσκυνᾷται, καὶ κατὰ τὸ σταύρον οὐδεὶς βιάσσεται.* Crucifixum illum praeceptorem suum adorent, & vitam secundum leges eius instituant. Quod si adorarunt Christum religiose christiani, quod Lucianus scribit, pro vero eum Deo habuerint oportet. Neque enim alium adorare christianis fas fuit, nisi qui verus esset Deus, id quod ipse Lucianus ibi fatetur, quodque gentilium idola repudiariant. Luciani junioris praeter Julianum, cuius ad eum perbreuis exstat epistola, quae est XXXII. p. 404. dubito, an quisquam faciat mentionem. Cyrillus certe coaevus, contra Julianum dum scribit, haud fuisset praetermissurus, foetus istius si nouislet parentem. Vindicauit sententiam suam vir humanissimus, iam

iam noua in Academia Goettingensi celeberrimus Professor, in Diss. de Philopatride, Luciano dialogo, Lips. 1730, multumque ac erudite argumentum hoc illustrauit. Quia vero haec scripta iam fuerunt, & meditandi eruditis vberius occasionem praebere queunt, repetita hic lectoris relinquuntur iudicio. Plus iam operae in hoc collatum est argumentum, quam fortasse meretur. Habet fides christiana firmiora argumenta, vt eiusmodi subsidio non indigeat.

XXIV. Luciani aequalis & amicus fuit Celsus, Philosophus Epicureus, infensus admodum christiano nomini, cuius Origenes sibi confutandas sumpsit calumnias, quibus christianam religionem oppugnare est conatus, cuius sine octo libris contra Celsum tu foret, quos cum notis eruditissimis Ioh. Spencerus edidit, Cantabrigiae MDCLVIII. param eius de sententiis constaret. Is apud Origenem L. VI. p. 308: fatetur, Christum a christianis pro Dei habitum fuisse Filio. Ita vero scribit: ὅτι θεός δὲ καὶ αὐτὸς τῷ λόγῳ ἐπηλθεῖν αὐτοῖς, θεοῖς νύν καλεῖν, εἰς αἷς αὐδρες παλαιοὶ τὸν δὲ τὸν Καίσαρα τὸν ἐκ θεοῦ γενόμενον, παῖδα τοῦ αὐτοῦ καὶ θεοῦ προσεῖπον. Πάντα γὰρ ὅμοιος ἡ θεός τοῖς κακοῖς τοῖς θεοῖς. Quid autem eis in mentem venerit, ut vocent Dei Filium, iam dicaturus sum. Prisci illi mundum hunc ut a Deo factum, aequantes Deo, dicebant Dei Filium. Bella vero similitudo buius & illius Dei Filii. Ita intellexit Celsus Christoph. Sandius Neo-Arianus, in Nucleo Histor. Eccles. L. I. pag. 88. 89. Eodem modo, inquit, Celsus Epicureus suggillat christianos, credentes, Christum esse summum Deum, quod qua ratione amoliatur Origenes, perspicuum est ex L. IV. & IIX. contra Celsum. Verum non suggillat Celsus christianos, sed mentem eorum, ut reuera fuit, exposuit, quod Christum verum summumque crediderint coluerintque Deum.

Nec

Nec Origenes eam amolitur sententiam, sed Celsi somnum, quod christiani Christum Dei Filium dicant, & adaequent Deo, eadem ratione, qua Philosophi prisci mundum, quod a Deo factus est, Dei Filium dixerint, Deoque adaequarint. v. Summe Reuer. D. Io. Fr. Buddeus Dissert. de verit. Relig. christ. Philos. gentilium obtrectationibus confirm. §. V.

XXV. Libanius, patria Antiochenus, Sophista Atheniensis sui temporis disertissimus, variisque ingenii monumentis clarus, Fabricius Bibl. Graec. L. V. c. 10. eo tempore floruit, quo christiana religio per imperatores christianos latissime propagata iam erat, conciliique Niceni decreta per Ecclesias passim sonabant. Is pariter testimonium perhibet fidei christianorum, quod Deum, Deique Filium crediderint, coluerintque. Ita vero Libanius apud Socratem, Hist. Eccles. L. III. c. 23. τὸ χειμενος Τὰς νυκτας ἐκτείνοντος, εἰσιθέματος ὁ βασιλεὺς Τοῖς βίβλοις, αἱ τὸν εἰς ταλαιπορίαν ἀνθρώπου θεόν τε καὶ θεού παιδα τοιςτοι, μάχῃ δὲ μαχοῦ καὶ ἐλέγχων ἵχοι γίλαντα ποφῆνας καὶ Φλήναφον τὰ τιμώμενα. Hieme noctes extende Imperator libros illos aggressus, qui hominem Palaestinensem Deum ac Dei Filium faciunt, longe concertatione & argumentorum inuicta vi ridicula & nugas meras esse, quae ab illis coluntur, ostendit. Est CHRIS TVS, Seruator noster, Deus, genitus a Patre, Ps. II. 7. eoque Filius Dei vnigenitus, Ioh. I. 18. factus etiam Deus ac Dominus, non ab hominibus, ut calumniatur Libanius, more gentilium, qui bonorum auctores meritosque viros, & speciatim imperatores, vti Julianum Libanius, discipulum praceptor, auctorque deserenda fidei christianae, inter Deos referebant, sed a Deo, cum resuscitatus a mortuis consedit ad dextram Dei, Acto. III. 34. 36.

Z

D.Bud-

D. Buddeus loc. cit. §. XIII. conf. Crenii Animadu. Histor. Philol. P. II. p. 38. sq.

XXVI. A gentilibus ad Iudeum nunc digredior. Suidas refert in V. i^{ll}e, tempore Iustiniani Imperatoris fuisse Iudeum quendam, nomine Theodosium, qui argentario cuidam christiano, cui nomen Philippi fuit, narravit, Iudeos probe cognitum perspectumque habuisse, Iesum Christum esse verum Dei Filium, eo quod codicem haberent Tiberiade occultatum, in quo scriptum esset, *Iesum Filium esse Dei viuentis, & Mariae Virginis*. Longiora sunt verba, quam locum hic vt inueniantur. Sunt in haec est argentinarius ille Philippus instabat apud Theodosium Iudeum, sibi perfamiliarem, vt saluti consuleret suae, & relicto Iudaismo christianam amplectetur fidem; cui Theodosius sincere fatetur, quod Iudeus existens omnia habeat, quae ad huius vitae felicitatem pertinuerent, opes & inter suos honores, neque tamen christianus fieri cupiat, et si sciat, Iesum esse Messiam, quem lex & Prophetae praedixerint; id quod ex Codice arcano, qui seruatus sit, cum vastatum est templum, posteaque Tiberiadem translatus & religiose aseruatus. In hoc scriptum referri, quod illo tempore, quo Iesus in terris est versatus, vnuis viginti duorum sacerdotum diem obierit ante, quam Christus admirabilibus se operibus patet fecerit, docueritque homines; cum itaque in locum demortui alius esset surrogandus, & qui a singulis essent nominati, a reliquis reprobarentur, factum esse, vt aliquis Iesu, fabri filii, qui iuuenis quidem, sed doctrina & moribus ornatissimus esset, mentionem faceret, vt locum sacerdotis vacuum repleret: huc eum approbassent reliqui, nonnullos obiecisse, eum non ex tribu Leui, sed Iudei esse; quibus alter ille responderit: permixtas esse tribus,

&

& Iosephum patrem ex Leuitica genus ducere; quod cum probarent reliqui, adscriptum esse Sacerdotum numero Iesum. Cum autem mos esset, vt non solum nomen eius, qui sacerdos erat cooptatus, sed vna & patris, & matris nomen in codicem referretur, mortuo iam Iosepho matrem fuisse aduocatam & interrogatam, quem ille patrem matremque haberet; ad quae illa responderit: se eius esse matrem, patrem vero in terris non habere, cum, vt Angelus nunciarit sibi, ex Spiritu S. eum & conceperit, & Iesum appellari, seque virginem eum peperisse, & adhuc esse: cumque aduocatae testes idem affirmarent, denuo interrogatam, cuius tandem Filium diceret, vt albo insererent patrem, respondisse: suum *Mariae & Dei Filium* esse. Quo auditio in librum fuisse relatum: hoc die sacerdos ille obiit, filius huius & huius, & communis omnium suffragio creatus est Sacerdos *Iesus, Filius Dei viuentis, & Mariae virginis*. Librum istum principes gentis e templo ereptum seruasse, & Tiberiade reposuisse, paucis vero esse cognitum, sibi vero vt principi gentis & doctori esse patefactum; neque solum ex lege & prophetis certos se esse, Iesum esse Filium Dei viuentis, qui salutis hominum causa in terras veherit, verum etiam ex descriptione Augusti, quae Tiberiade asseretur. Ad haec cum christianus reposuisset, velle se audita ad Imperatorem deferre, vt Tiberiadem mitteret, qui codicem reperirent ac promulgarent ad redarguendam Iudeorum incredulitatem, respondit Iudeus, id ne faceret, quia voti compos haud esset futurus. Id enim si fieret, bellum fore & multorum caedes, & si Iudei viderent se opprimi, locum, in quo repositus esset codex, incensuros, quo auditio christianum quidem Imperatori, id non patefecisse.

ne funderetur sanguis; multis tamen familiaribus & amicis enarrasse.

XXVII. De quo ut eo rectius liceat iudicare, Suidae, vel quisquis est auctor, ea qui refert, subiiciemus iudicium. Ita vero habet initium: ἐπειδὴ πάρα τὸν αὐτοῦ τῷ προσόντος θεῷ Φίλιππον ὡς ἀργυροπράτῳ μημαθικέταις, Φρούρια & μικραὶ θεμέτωρι γνῶναι βελόμενοι, εἰ ἀρά ἀληθᾶς τὸς λόγους τούτους ὁ Ιερός Εὐρύκη περὶ τῆς τοιούτης ἀπογράφης. Eum sermonēm nos cūm ab iis, qui audiūssent a Philippo argenterio, cuius facta est mentio, didicissimus, non paruam adhibuimus curam, dum scire vellemus, an eam orationem Iudeus de illa descriptione cerro habuisset. Deinde subiungit, quod Iosephus, scriptor belli Iudaici, aperte in suis commentariis referat, Iesum cūm sacerdotibus rem sacram fecisse; deinde in scriptis diuinis Lucacē inuenisse, quod Iesus in Synagoga Iudeorum Prophetam Esaiam legerit, eoque ipsum apud se esse sic ratiocinatum: nisi locum habuisset in administratione rerum sacrarum Iesus, non fuisset futurum, vt ei daretur liber, qui explicaretur ab eo, propterea quod apud Christianos in Ecclesia diuina volumina non legantur, nisi a clero, & cui commissa sit cura sacrorum. Tandem concludit: καὶ ἡ πάρα τῷ προσώπῳ τὸν γραφίτων, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν τὸν ἐναγγελιτὸν αὐκάνατορθεῖτων, ἔγνωμεν, ὅτι Θεοδόσιος ὁ Ιερός τὸν προλεχθὲν διηγήσας εἴσω τὸν μυημονεύθεντὸν Φίλιππων ἀργυροπράτον τῷ πατέρῳ τούτῳ, αἵτινας ἀληθᾶς ἦσαν γνωστοί Φίλιπποι, τῷ φίλιππῳ, τῷ πατέρᾳ Ιεράδαιος ἀποκεκρυμμένου μαντήιον ἐθάρρησεν. Ac ita ex eis, quae narrata sunt, e Iosepho & Luca Evangelista, cognovimus, Theodosium Iudeum, quem diximus, non finuisse, quod exposuit Philippo illi argenterio, sed vere cerroque, at sincero amico, Philippo, arcannum, quod apud Iudeos occultatum est, credidisse.

XXIX.

XXIX. Probarunt hancce narrationem ac genuinam habuerunt tum auctor relationis, siue Suidas, siue alius fuerit, tum alii nonnulli, quos recensent Polyhistor I. A. Fabricius Cod. Apocryph. N. T. pag. 371. sq. To. III. p. 546. sq. & perreu. Io. Andr. Waltherus in diff. inaug. cuius titulus: *Codex in Suida mendax de Iesu Sacerdote Leuítico*, Lips. 1724. p. 6. seq. Sunt autem illi, Mich. Glycas, sec. XIII. scriptor Graecus, Laurus Quirinus, Cretensis, Patricius Venetus, Pierius Valerianus, Sixtus Senensis, Bibl. S. p. 72. quo de reu. Scharbau in Iudeo detecto p. 123. sq. obseruat, quod Iudeus natus ad Christianos transferit, posteaque relapsus & ad rogum damnatus precibus Pii V. nondum Pontificis, seruatus fidei christianaē constanter adhaeserit, & bibliothecam S. conscripserit, Luddou. Ballesterus, S. I. Phil. Mornaeus, Io. Wolffius, Vitus Amersbachius, Hottingerus aliique, qui sine censura narrationem istam repetierunt, eoque in hunc censem referuntur. Nouissime eam repetiuit Io. Andr. Eisenmengerus in detecto Iudaismo P. I. c. 2. p. 122. seq. vbi & Graecam Suidae narrationem, & vernaculo sermone redditam licet legamus, eo fine libro insertam, vt Iudeorum pericacia retundatur. v. disp. cit. p. 7. sq.

XXIX. At breuiter nunc exponamus, nobis quid videatur isto de Iudei Theodosii testimonio. Suspectum est & testimonium, & tota narratio, quisquis eius auctor sit; Suidas num sit, incertum est. Dicit auctor, se accipisse ab iis, qui audierant ex Philippo argenterio. Sed quiae ita sunt per manus tradita, ea fere dubia sunt, & accessionibus aucta, etiam si qua vera fuerunt primum accepta. Vixit ille Philippus, vt auctor tradit, sub Iustiniano Imperatore; Suidae vero incerta aetas est. Aub. Miraculus eum anno CCCCCXXV. vixisse existimat, eo quod alicubi

alicubi scribat, se Eustathium cognouisse; cui vero re^etē respondet doctissimus Guil. Caue, quod non dē oculari, sed historica cognitione intelligendus sit, Hist. Literar. p. 4ii. Et forte alterius sunt verba, quae Suidas more suo excerptis. Ger. Io. Vossii coniectura est, quod anno M^lXXXI. floruerit, vt tamen dubius adhuc haereat. Sequitur eum laudatus modo Caue in Chartophylace. Ecclesiastico; addit vero: *forsan antiquior ipse Suidas, multis, quae sequiora tempora sapiunt, a recentiori manu addidit.* Hinc in Histor. Literar. loc. cit. eum facit antiquorem, & circa annum CMLXXX. eum vixisse existimat; quem sequitur Jo. Gottfr. Clearius in Biblioth. Scriptor. Eccles. T. II. p. 179. Sine dubio haec sententia inde dedumpta est, quod Suidas in v. Αδαμ commemoraret mortem Iohannis Zemiscae, Imp. Byzantini, qui CMLXXV. decessit. Ipse etiam Vossius de Scient. Mathemat. c. LXII. §. 12. p. 359. a priori sententia recedit, & eum an. MXXXIX. claruisse scribit. Henr. Meibomius apud I. A. Fabricium refert ad an. Chr. MCCL. in Plagiar. centur. §. V. vbi ipse addit: *quoad aetatem Suidae notare obiter iuuat, falli viros doctos, qui DC. annis antiquiorem esse negant.* Thomas Crenius Diff. dē furibus literar. n. 102. p. 104. scribit, quod secundum Casaubonum ante quingentos annos, secundum Andr. Schottum ante sexcentos annos Lexicon contexuerit; qui tamen anni retro sunt numerandi ab eo tempore, quo laudati viri scripsierunt. Dicat aliquis, ex nostro loco posse monstrari, ipsum circiter an. DL. vixisse. Philippus argentarius vixit sub Iustiniano Imp. qui an. DXXVII. imperare coepit ad an. DLXV. Suidas autem audiuit ex iis, quia Philippo audiuerant. Sed cum auctorum fragmenta referat antiquiorum, vti iam dictum, posteaque alia potuerint accessisse, certum haud est, vtrum ipsius

ipsius sint verba, an alterius, quibus res ista narratur, & iudicium expromitur, conf. I. H. Boecleri Biblioth. Critic. ed. Craufii p. 16. 830. & Fabricius de Lexic. Graec. §. II. & Biblioth. Graec. Vol. IX. p. 624. sq. vbi fuisus & accuratus omnia exquirit, quae ad Suidae aetatem pertinent.

XXX. Tota narratio non tam Iudei alicuius Theodosii, quod & ipsum Iudaicum nomen haud est, quam christiani, rerum Iudaicarum non satis periti, esse videtur. Nam crassus est error, vix Iudeo tribuendus, cum XXII. Hierosolymae Sacerdotes fuisse scribit: neque enim XXII. fuerunt tantummodo sacerdotes, sed longe plures, & aliquot centuriae, imo chiliades, potuerunt numerari. Nec tot principes sacerdotum, quos ἀρχιεπίσκοποι scriptura Noui Foederis appellat, dici queunt, cum XXIV. ordines essent; quod Iosephus innuit L. II. contra Apionem, p. 1066. qui inde a temporibus Dauidis, qui sacra ordinavit, obtinuerunt, i. Paral. XXIV. 4. 5. Carol. Sigonius de Republ. Ebr. L. V. c. 3. p. m. 365. sq. Goodwin. Mos. & Aaron L. I. c. V. p. m. 40. sq. Relandi Antiqu. veter. Ebr. p. 165. Neque illud ritibus Ebraeorum satis conuenit, quod ex tribu Iuda aliquis sacerdos fuerit assumptus, cum Leuitica abunde suppeditaret. Imo nec satis erat ex tribu Leui aliquem esse, sed ex Aaronis posteris esse debebat, qui sacerdotibus adscribebatur. Nascebantur enim sacerdotes, non eligebantur, nisi praecipuae sortis. v. Ikenius Antiqu. Hebr. P. I. c. X. §. 7. sq. Bashuyzen System. Antiqu. Hebr. min. p. 217. sq. Permixtae quidem fuere tribus, quod ait Iudeus, Iesu commendator, cum sacerdotes ac Leuitae ex aliis tribubus possent vxores ducere, vt patet ex 2. Paralipom. XXII. 12. vbi filia regis Ioram vxor fuisse dicitur Ioiadae, summi sacerdotis; vt locum non habeat Philonis assertum, summum sacerdotem, virginem ex sacerdotum

cerdotum genere debuisse ducere, v. Io. Braunius Select. Sacr. L. III. c. I. §. 22. conf. §. 15. Seldenus de Success. L. II. c. 2. Atque haec causa quoque est, quod Elisabet, sacerdotis vxor, & ex genere Aaronis, Mariae *συγγενής cognata* esset, Luc. I. 5. 36. haud dubie, quod Mariae parentibus proxime cognata alicui nupserit ex sacerdotum genere, cuius illa filia fuerit; & vicissim Leuiticae tribus feminae nubere alterius tribus hominibus poterant, Leuit. XXII. 12. 13. sed tamen genus non feminis, sed maribus aestimabatur, cum penes mares ordinaria esset propagandi ratio, quam leudeus hic intellexit. Christus autem solo matris genere censendus est, cum *απάτωρ* sit, & vel eo nomine *αγνεαλόγος*, Ebr. VII. 3. natu ex semine Dauidis, Rom. I. 4. 2. Tim. II. 8. qui propter ea dicitur *germen Dauidis*, Ier. XXIII. 5. & *fructus ventris Dauidis*, Psal. CXXXII. 11. & consequenter ex tribu Iuda fuit, Ebr. VII. 11. 13. 14. Evidem pagani, Celsus atque Porphyrius, acerrimi fidei christiana hostes, iam olim persuadere voluerunt, Iesum matris ratione ex tribu Leui genus repetere, quos Socinus cum locis est secutus. Verum satis nos certi sumus diuinis ex oraculis, quod ex gente Dauidis, & Iudeae tribu, vti vates *praedixerunt*, ducat originem. Nec est, vt ad generalem notiōnem verbi *συγγένης*, cum *vniuersi nationis homines* aliquando significat, configiamus, praesertim cum Mariae visitatio, & per tres mentes apud Elisabetam commoratio, Luc. I. 39. 40. 56. de propinquiori cognatione satis testificari queat, quae dicta ratione inter eas intercessit. Chemnitius Harm. Euang. c. III. Calouius Socij. Prof. p. 291. sq. Scherzer, Colleg. Antisocin. pag. 411. Ger. Io. Vossius de Iesu Christi genealogia c. I. §. IV. sq. Fabricius Cod. Apocryph. N. T. p. 19.

XXXI.

XXXI. Commentum itaque Iudei est, in Sacerdotum fuisse Iesum cooptatum ordinem. Nullum eius rei sacra in historia exstat vestigium. Frequens ei negotium fuit cum sacerdotibus, e quorum numero si fuisse, vix credibile est, non vel ipsum, vel sacerdotes aliquam eius fecisse mentionem. Saepe etiam in templo docuit; nunquam vero cum sacerdotibus sacra fecisse legitur, nec Iosephus hoc commemorat, quod falso traditur. Accedit, quod principes sacerdotum & scribae cum senioribus ad Christum veniunt, eumque interrogant, qua potestate & cuius auctoritate doceret in templo, Luc. XX. 1. 2. non facturi, si ipsorum collega fuisse, non ita pridem suum in sacerdotum collegium receptus. Addo & hoc, quod Sacerdos quidem fuerit Iesus, sed non ex ordine Leuitico & genere Aaronis, qui sacra fecerit, verum secundum ordinem Melchisedeci, qui successorem non habuit, vti in Aaronis genere sacerdotes habebant, Ebr. VII. 13.

XXXII. Dicit Iudeus, ex descriptione Augusti, quae Tiberiade asseruetur, certum se esse, Iesum esse Filium Dei viuentis, qui salutis hominum causa in terras venerit. Enimuero Iesu nomen in tabulas descriptionis fuisse relatum, minime dubium habet. Prouocant Tertullianus atque Iustinus Martyr ad censum tabulas, Romanorumque tabularium, vt in centu orbis vniuersi sub Augusto Christum natum & in tabulas fuisse relatum confirmant, Tertullian. L. de carne Christi c. 2. aduers. Marcionem L. IV. c. 7. Iustinus Martyr Apol. II. p. 75. Sed an proditum a Iosepho atque Maria sit, Iesum Filium Dei viuentis esse, mundique Seruatorem, & ita in tabulis descriptum, id omnino dubium habet. Angeli quidem denunciant hoc pastoribus, pastores etiam diuulgarunt inter plures Bethlehemi, Luc. II. 11. 18. sed Ma-

A a

ria

ria tamen apud sese omnia ista seruabat, v. 19. nec denunciavit Romanis. Neque verisimile est, vulgatum de pueris a pastoribus sermonem ad Romanos fuisse delatum, & tabulis insertum. Deinde & hoc obseruetur necesse est, quod Romanorum opus fuerit descriptio, cuius num tabulas Iudei acceperint, iterum res est dubia. Sed adfuerint Iudei, tabulasque una cum Romanis confecerint, quis solitus fuisset de iis in urbis Hierosolymae ruina salvandis? quis usus illarum apud posteros, ut sexcentis post annis Tiberiade sollicite seruarentur? Quod si eo quis referat, Augustum atque Tiberium *Domini* abstinuisse titulo, ut legimus apud Suetonium, in V. Aug. c. 53, & Tiber. c. 27. quod & Dio Cassius tradit, L.L.V. p.m. 556. eo quod Dominum Dominorum in suis haberent ciuibus, in terris, vestimentem, is responsu sibi habeat, quod ex ciuili id factum ratione sit, ut libertatis umbram vidarentur Romanis reflinxere, quo manerent in officio. Interim prouidentiae diuinae hinc colligamus argumentum, ita rem dirigentis, ut vel sic tacita constaret Iesu veneratio, siquidem post id tempus nemo Imperatorum eo abstineret *Domini* titulo, & ne Traianus quidem, qui tamen vel maxime libertatis redditae videri volebat auctor, & res difficillimas, libertatem cum imperio, ut ait Plinius, coniunxit. Eo pertinent verba Tertulliani, Apolog. c. 34. Augustus, inquit, *imperii formator*, ne *Dominum* quidem dici se volebat. Et hoc enim *Dei* est cognomen. v. Iq. Conr. Dieteticus in V. Augusti p. 136. 142.

XXXIII. Dicit Suidas, vel auctor narrationis subiungit, que iudicari, quod Iosephus, scriptor rerum Iudaicarum, aperte in sua captiuitatis commentariis scribat, Iesum cum Sacerdotibus sacra fecisse. Sed frustra haec in Iosepho quaesieris. In Antiquitatibus quidem L. XIIIX. c. 4. mentic-

nem

nem Iesu facit, sed nihil prorsus commemorat, neque quod sacra cum sacerdotibus fecerit, neque, quod Theodosius narravit, filius fuerit Dei viventis & Mariae virginis; nec quisquam antiquorum, quod constet, in hoc argumento ad Iosephum prouocauit. Sed supra cum actum sit fusius de Iosephi testimonio, nihil hic addimus.

XXXIV. Ad Lucam etiam diuinamque historiam prouocat Suidas, in qua refertur, quod in Synagoga Nazarethi, quae patria Iesu Seruatoris erat, datus ei fuerit liber, ex quo legerit pericopam & interpretatus sit, Luc. IV. 16. 17. sq. Nisi vero partem habuisset administrationis rerum sacrarum, sic arguit Suidas, non ei datus fuisset liber, sicuti in Ecclesia christiana non legit Sacra volumina, nisi ex cleri fuerit ordine. Sed alii mores ritusque sunt christianorum, alii Iudeorum. Horum in Synagogis non soli legunt sacerdotes, verum & alii, qui nec sacerdotes, nec doctores existunt. Septem enim cuiuslibet parochiae lectioni vacant, quorum primus sacerdos, & secundus Leuita, si quidem suppetant, ceteri vero ex reliquorum ordine euocantur. v. Buxtorff. Synag. Iudaic. c. XVI. p. 326. sq. Aug. Pfeifferus Antiqu. Ebr. c. XXIV. §. 5. Ipsa nos sacra historia id edocet. Paulus enim & Barnabas, cum venissent in Synagogam, quae Antiochiae in Pisidia erat, miserunt ad eos praefecti, ut dicentes, si quem haberent sermonem ad exhortandum populum, eumque proponerent, Act. XIII. 14. Idem & alibi in Synagogis docuerunt, Act. XIV. 1. XIIIX. 19. XIX. 8. qui sacerdotes, vel ordinarii doctores inter Iudeos haud erant, sed tamen ut doctores, velut ipse Christus, ab eodem ablegati terras obibant. conf. I. Christfr. Sagittarii Dissert. VIII. Franc. Burmanni Ex. Acadd. P. II. p. 66. sq.

A a 2

XXXV.

XXXV. Possit & illud argumentum esse suspectae narrationis Iudaicae, quod rem narratam vetuerit ad Imperatorem deferri Theodosius, veritus, ne bellum hinc oriretur, & Iudei vi maiori pressi locum, in quo seruaretur arcanus liber, incenderent. Verum Iustiniani tempore Iudei bellum vrique habuerunt, siquidem Samaritanis iuncti ausi sunt rebellare in Palaestina, & Julianum aliquem appellare Messiam. Sed mislo exercitu plurimis caesis, & in his duce eorum iactatoque rege & Messia, in ordinem sunt redire coacti. v. Io. a Lent de Iudeor. Pseudomess. c.ii §. 5. 6. Simplicior mens Philippi fuit, quod rem istam celarit Imperatorem, & aliis tamen permultis retulerit. Et mirum videri possit, quod tam multorum sermo ad Imp. non peruererit, nec alius quispiam Iudeorum, saltem istorum, qui christianam sunt fidem amplexi, rem illam arcanam cogitauerit prodideritque monumentis. Nihil itaque subsidii hoc in Iudei testimonio habetur, & rem totam a christiano quodam efficiam existimo, cum vel ipsum Theodosii nomen fabulae possit facere suspicionem. Merito igitur relationem hanc reiecerunt Henteninus, Bossus, Readingus, Diefenbachius & alii apud Fabricium & Waltherum ll. cc. quibus addi posseunt Richardsonius, Act. Erudit. 1727. p. 114. & reuer. Scharbau in Jud. detect. p. 129. sq. Tantum vero abest, ut peruecaces Iudei conuincantur eiusmodi argumentis, ut potius rideant christianos, quod fidem eiusmodi narrationibus habent, quae a suis, vel imperitis sunt confictae.

XXXVI. Quod si Iudei Theodosii haec fuit narratio, nec a christiano quodam conficta est ad persuadendam Iudeis religionem christianam, licet obseruemus, quod nouum non sit, Iudeos christianis imponere. Notat m. hoc est in Hieronymo. Scribitis: *Ebraei putant, lingua propria sua*

sua mare Tharsis appellari: quando autem dicitur iam, non Ebraico sermone, sed Syriaco. Glassius vero subiungit: sic ille: at nemo Ebraeorum est, qui Syriacum esse iam, & Tharsis proprium mare significare, assertum eat. Procul igitur dubio a magistro suo id haust Hieronymus, qui ut alia multa, ita hoc prae ipsum docuit; Philol. Sacr. L. II. p. 273. Idem obseruat Hackspanius, cuius verba sunt: Impingit hoc ipsi Hieronymo, qui praceptor suu Hebraeo acceptum referat, ad Lipmanni Nizzachon c. III. S. 14. p. 412. Ex instituto hoc tractauit argumentum Io. Clericus, in Quæst. Hieronymianis quæst. VI. in qua Danielem Clericum defendit, qui scripsérat, Hieronymum sibi os passum oblini a Iudeo quopiam, p. 170. sq.

XXXVII. Addo recentios exemplum. Julius Cunradus Otto, MDLXII. Viennæ natus ex doctore Iudeorum an. MDCIII. Christianus, & Linguae Ebraeæ in Academia Altorffina Professor, an. MDCV. Noribergæ edidit גַּלְּ רָזִיא *Gali Razia*; occulorum detectionem, Ebraice, Latine & Germanice, in qua e Rabbinorum scriptis de vnitate essentiae diuinæ, Trinitate Personarum, & de Meisla sententias collegit, ad fidei christianaæ assertionem de Iesu Nazarenō, virginis filio, vnico & vero Messia, stabiliendam, ut titulus indicat. Audiamus aliquam de Christo e Cap. VII. Rabbini docent & affirmant, *Deum Patrem Messiae filio David, dixisse: mi Fili, postula a me, quicquid vis, hoc enim dabo tibi*, & additur כִּי־הַזֶּה־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ *ki-hazeh ye-hova eloh-einu*, hoc est, hodie ego genui te: quod Rabbini interpretantur: *רָבִים אֲנָלָא* hoc est, hodie palam faciam, te meum esse Filium. Quibus verbis Rabbini volunt nos certiores reddere de Christo, quod is sit verus Filius Dei, & neutquam, ut quidam ineptiunt, hoc dictum sit referendum ad Dauidem, quasi Deus Filium Dauidis appellasset Filium suum, cum Dauid nequaquam legem impleuerit, nec regnum eius in aeternum durabit. Et iterum: ut autem firmius credatur, Messiam Iehoua appellari, hunc versum, quem apud Prophetam Ieremiam c. XXIII. legitimus, citat (R. Samuel) & hoc est nomen Messiae, qui vocabitur Iehoua, iustitia & salus nostra; quibus verbis Rabbi iste nos certiores facit, Messiam verum Deum & Salvatorem totius mundi futurum. Eius generis plura ibi legantur. Ven. Wolfssius librum nominat גַּלְּ רָזִיא *Gali Razia* reuelatorem canonum, ab eoque diuersum esse scribit eum, qui inscribitur גַּלְּ רָזִיא *Gali Razia* Ebr. Vol. I. p. 481. sq. Sed Otto noster titulum posteriorem, Biblioth. Ebr. Vol. I. p. 481. sq. Sed Otto noster titulum posteriorem, Novi conspectus docet, omnino suo praefixit libro, quem edidit Noribergæ

ribergae typis M. Sebastiani Körberi, 1605. 4. Groddeckius etiam tribuit, Bibliothe: cit. Vol. IV. p. 107. Fuisse tamen prioris tituli liberum, vel saltem confictum, ex dicendis patebit.

XXXVIII. Prouocat ad librum גָּלִיל רַזְיאָה Gale Razaya, id est, reuelatorem secretorum, Petrus Galatinus, quem R. Haccadosch scripsit, Arcan. c. thol. verit. L. I. c. 3. p. 8. Philippus Mornaeus etiam ad R. Haccadosch prouocat, sed haud nominat librum, de Ver. Rel. Christ. c. 28. 30. 31. At noster ille liber haud est, cum Galatinus, ex Iudeo christianus & ordinis Franciscanorum Monachus, claruerit an. MDXVI. & opus hoc Maximiliani I. Imperatoris, & Leonis X. Romani Pontificis hortatu scripsit, vel potius per plagium ex Raymundi Martini Pugione fidei, & Porcheti Saluatici victoria (Henr. Kippingius haec confundit, scribens: Porchetus Genuensis, e cuius pugione fidei omnia sua descripsit Galatinus) compilavit, v. Iac. Thomasius de plagio literar. §. 436. & an. MDXVIII. primum ediderit, idque aliquoties MDL & MDLX. Basileae, & MDCII. Francofurti ante nostri Ottonis opus recusum sit. Mornaeus etiam librum de veritate religionis christiana ante seculum XVII. primum gallice, post latine 1597. Sigenae Naslouiorum euulgauit, cum Ottonis גָּלִיל רַזְיאָה occultorum detectione anno demum MDCV. Noribergae, & postea Stetini MDCXIII. 4. prodierit, & auctoris industria, vt in praefatione scribit, e Rabbinis collectus sit. Dubitant eruditii isto de libro, quem Rabbeno Haccadosch, qui circa annum CL. floruit, & fundamenta Mischnae & Talmudis iecit, Alstedius Thesaur. Chron. p. 413. scripsisse Galatinus perhibet, propterea quod a Iudeis pariter ac christianis, & ipso etiam Raymundo & Porcheto, quibus sua debet Galatinus, ignoretur, vt Galatinus ipse eum finxisse videatur eruditis. Mornaeus quidem etiam ad R. Haccadosch prouocat in eodem argumento; at Galatinum sequi videtur. In ora libri Mornaei p. m. 556. obseruatur, duos esse Rabbinos sanctos, seu cognomine Haceadosch, quorum unus sub Antiocho, alter sub Antonino Imperatore vixerit, quod etiam Galatinus obseruat, additque, quod prior Spiritu Prophetiae claruerit, Iudei que antiquorem habuerint pro recentiori, l. c. p. 6. Vnde facile est ad colligendum, quod Bartoloccium obseruare Groddeckius scribit, quod priori tribuat librum, quem laudat Galatinus. Wolffius recentet librum Gale Razaya, l. c. Vol. III. p. 1179. sed dubito, an ille sit, quem citat Galatinus, maxime cum aliter etiam scriptae sint voces.

Kippingius

Kippingius existimat, scriptum esse recentissimum hominis christiani apud Italos, vel Hispanos Ebraice scientis, de Script. Sacr. Exerc. XXXI. §. 13. p. 250. sq. Noster autem Otto num ex ingenio commentus sit suam occulorum detectionem, an in librum eiusmodi incidet, eumque redegerit in ordinem, quo legitur, affirmare non possum. Non satis bona eum fide egisse, vel inde possit colligi, quod fidem christianam deseruerit iterum, qrod ex Wagenseilio & Halleruordio annotat Rumetschius, Schediasm. Histor. p. 96. sq. Frischmutus Diff. de reuerentia Messiae praestanda c. I. §. 15. scribit, quod christianos deridendos propinuit Iudeis verius, quam vindicavit. v. Reimannus Hist. liter. antediluv. p. 185. Buxtorfii Bibliothe. Rabin. p. 238. Io. Fabricii Bibliotheca P. IV. p. 340. Wolffius Bibl. Ebr. vol. IV. p. 845. Thom. Crenius. animadu. Hist. Philol. P. III. p. 72. Io. Ad. Bernhard. Hist. Doctorum p. 536.

XXXIX. Ad Muhammedem pergitimus, qui etsi infideles appellat, qui Christum Iesum, Mariae filium, Deum confiteantur, Sur. V. p. 194. edit. Maracci; alibi tamen legatum Dei, itemque verbum DEI, quod Spiritus Dei immixt in Mariam, appellat, eique vim creandi, miracula faciendi, mortuos resuscitandi, a Deo acceptam, vt se demonstraret, tribuit, quo ipso diuinatatem Christi vel inuitus concedit. Offeratum vero est, quod melius loquatur, quam sentiat. Neque rarum est, quod sibi contradicat Muhammedes, vt fieri solet, si spiritu virginis quis agitatur. v. cel. Io. A. Fabricius Script. de Ver. Relig. Christ. c. L. p. 733. sq. Matth. Gez. Schröferi Muhammed. testis veritatis tum alibi tum c. III. 25. c. VII. cf. Hottinger Hist. Or. L. I. c. 3. p. 105. sq. L. II. c. 3. p. 247. sq. Cellarius Progr. LVIII. Sal. van Till Malachias p. 196. Hornbeckius Summ. Controv. L. III. p. 128. sq. Henningi Muhammedanus precans p. 46. sq. Breuiter de Christo quae sentiant Muhammedani, qui nec Messiae nomine denegant, eti viam nominis atque muneric ignorent, ex Petro de Cauallera exhibet Relandus, & quae bene recte que de Christo dicta in Alcorano exstant, collegit Warnerus in Comp. Mahummedana de Christo, Lugd. 1643. cf. Relandus Relig. Muhammed. Praef. §. 7. & p. 35. 161. sq. & Diff. Misc. P. II. Diff. 7. p. 35. Plures Muhammedani non solum ex veteribus, sed etiam ex recentioribus, & quidem nobilioribus & sapientioribus Christi diuinatatem constanter adstruunt, Maracci scribit, not. ad Alcoran. p. 216. sq. cf. Fenzelius Colloqu. Menstr. an. 1694. p. 724. & an. 1699. p. 60. sq. Grapius Not. ad Achimet Ben Abdala Epist. p. 8. sq. Idem Maracci ex auctore status hodierni Imperii Ottomannici L. II. c. 12. est.

(est is Paulus Ricaut) subiungit: *paucis abbinc annis noua opinio introduc̄ta est, quam sequuntur, & cui praecipue adhaerent modestiores & temperatores regalis curiae, & valde communis est Constantinopoli. Qui eam proficiuntur, Chapmessaachi, boni scilicet Messiae discipuli, appellantur. Hi constanter propugnant, Iesum Christum esse Deum, verumque mundi redemptorem, Addit laudatus Ricaut, quod pro ea fide subierint nonnulli mortem, & facti sint martyres. Atque hinc non sine fundamento est, quod scribit Casp. Neumannus, Theologus meritissimus: Turcarum hodie in oriente violentium vix quarta pars superstitioni Muhammedis serio addicta est; pars quarta alia veritatē religionis christianaē corde credit, ore fateri non audet; reliquae duae partes inter Christianismum & Muhammedismum fluctuant, in Trutina Relig. c. VIII. §. 3. Kortholt de Relig. Muhammed. §. 13. Neque tamen propterea Turcae in christianorum recipiendi sunt numerum, quod Tolandus persuadere voluit; quem refellit ven. Mosheimius, in Bibl. Brem. cl. III. p. 905. sq. Non male sentiunt, qui Muhammedanorum de Christo sententias multo tolerabiliores statuunt, quam Iudeorum, & longe facilius eos ad fidem christianam posse adduci. Plura dabit de Muhammedanis testimonia Warnerus in Compendio historico eorum, quae de Christo & praecepitis aliquot religionis christianaē capitibus Muhammedani tradiderunt. Fauxit praeponens ac immortalis Deus, vt infideles hi homines, quo magis cum christianis instituunt commercium, eo magis magisque Christum Seruatorem agnoscant, missisque fabulis ac superstitione per ipsum salutem querant meliorem, quam terrestrem multisque voluptatibus, quas mundus cogitat, contaminatam, atque inueniant nobiscum.*

XL. Atque haec sunt testimonia non-christianorum de CHRISTO, Seruatore nostro, quae breuiter examinare atque diuidicare visum fuit. Pauca nobis relinquunt genuina, cum quaedam iis tribuantur, quae nulla sunt tamen, quaedam conficta sint a christianis. Agnoscamus hinc vim veritatis, nostramque de CHRISTO, Dei Patris Filio, ipsoque vero Deo a chomine, crucis supplicium pro salute hominum perpresso, doctrinam Ecclesiae antiquae esse conformem, in qua cognitione salutari acquiescamus, melioremque vitam speramus aliquando. Putauerim, obseruatas esse cautiones, quas necessarias stavit V. C. a Seelen in eruditis cogitationibus de veritate religionis christianaē & profanis Scriptoribus caute confirmanda.

F I N I S,

INDEX.

INDEX.

- A** Crostichis Graeca Sibyllae de Iesu Christo, 33 interpretationes variae Latinae, 36 tres eius versiones Germanicae, 42 Ciceroni cognita haud fuit, 53 post Laetantium demum confecta, 54 ex quibus Sc. S. locis confecta videatur, 59.sq. *αγριως θεος* colebatur Athenis, 73 Adultera non erat apud Rom. & Iudeos, quae dimissa nubebat, 15 Alexander Seuerus Imper. Christo templum dedicare voluit 152 Christum coluit in suo larario, 156 non fuit christianus, nisi clam fuerit, 157 Antiochiae exortum christianorum nomen, 8.19 Apollo num testis de Christo, 81 non desit post N. Chr. dare oracula, 85 Apostoli & Prophetae, iusti cum essent, iniusti visi male habiti, 89.sq. Apotheosis Christi a Senatu R. negligata non praeter Dei prouidentiam, 127 Ara primogeniti Dei ab Augusto num erecta? 83
- Aristophanes Socratem accusauit nouorum Deorum, 72 Artemidorus quando vixerit, 160 Articulus Graecorum non ubique vim habet singularem 106 Autores christiani nominis numeri gentiles vel Iudei? 9 Augustinus cur scripsiter libros de ciuitate Dei, 172 Augustus non durior fuit in Iudeos, 51 num Delphis acceperit oraculum de Christo, 83.sq. **B** Aptismus & Christi Passio fundamentum nominis christianorum 23 Boni iustique viri saepe male habiti 96 **C** Alamitates publicae sub M. Antonino 171 Celsus infensus fidei christianaē hostis 176 Centurionis de Christo testimonium 128 maiora de Christo praedicat, quam veteres de Hercule 129 ad Christum an sit conuersus 130 Cephas est Petrus 21 *χριστός* pro *χριστός* in acrostichide Sibyllina habetur 55 *χρηματίζω* quid significet 12.sq. Chrestus visitatum inter gentes nomen 3 apud Suetonium legendum, an Christus? 3 an Christus intelligatur? 4) Chre-

INDEX.

- Chrestus a paganis Christus dicitur ex ignorantia 11
Christianos de Christo nomen habere Iudei norunt & gentiles 2
primum sic dicti Antiochiae 8
ter nominantur in N.F. 23.sq.
cur ita dicti? 23.sq.
primum dicti discipuli 20
primi subinde Iudeorum nomine censebantur, 5.6.
dicti sunt omnes haeretici, 20.25.
addidere quaedam oraculis. Si byllinis, vel confinxerunt 52.sq.
non inferuerunt Iosephi testimonium de Christo 144.sq.
dicti sunt Galilaei non demum Iuliani tempore, 164.sq.
Christianorum nomen num ante cognitum, quam sic dicti Antiochiae, 8.sq.
nomen magis inuisum, quam via fuit, 11.15
autores habuit Paulum & Barnabam, 12.15.sq.
praedictum fuit, 17
isolatii plenum & venerabile, 16.12.sq.
discretioni inferuiit, 23
innititur Christi baptismo & morti 23
Cicero num viderit Sibyllae auctoritatem 97
Platonem imitatur eiusque locum interpretatur 97
Clemens Alex. nimis aestimat Sibyllina 45
iustum Platonis de Christo interpretatur 92
ad paganos saepe provocat in re-
- bus fidei christiana 107
in errores prolapsus, paganos dum sequitur 108
Constantinopoli non videtur scripta Philopatris 169
Crucis supplicium Christi in V.T. praesignificatum, 103
Ctesiphon regis Persarum regia 163
- D**aemon in oraculis non omnino nihil egit, 82
scire potuit, Christum & puerum & Deum esse 84
eius testimonium nec a Christo, nec ab Apostolis accipitur, 131.132
Decii Mundi turpe facinus 139.sq.
Deum esse Christum omnibus vere seculis fuerunt, qui negarunt 25
Dii qui non sint faciliter cognoscere, quam verus Deus qui sit 76
quidam gentilium tragica morte defuncti 122
Discipuli primum dicti sunt christiani, 20
Domini titulo cur abstinerint Augustus & Tiberius 186
Domitianus mox vexauit christianos, cum Iosephus desuit scribere 142
Dosithei duo, Iudeus alter, alter christianus 21
Drusius, Liuiae filius, num celebretur in IV. Ecloga Virgilii 68
Ecloga IV. Virgilii nullum pro Sibyllis testimonium suppeditat 63.sq.
Εκκλησία pro loco conuentus adhibetur

INDEX.

- hibetur a sacris & profanis scriptoribus 166.sq.
Elisabet quomodo Mariae cognata 184
Epaphroditus auctor Iosepho historiae scribendae quis? 137
Epistolarum Plinii regina 150
- eam qui comm. illustrarint ib. 58
Erythra ab lone condita 58
Euodius non fuit auctor nominis christianorum, 17
Ezechiel Poeta Iudeus 52
FAta iusti & iniusti 94.sq.
Flavia Impp. familia christianis non aduersa ante Domitianum 136
Fuluia Iudaicae fidei proselyta a Iudeis Romae decepta 34
GAlatinus arcana catholicae veritatis per plagium exscriptis 190
Galilaei dicti christiani 10.164
Gali Razia Ottonis dubius 189
Gale Razeya liber confactus 190
Gamaliel christianus non fuit 143
Gentiles num autores nominis christianorum? 23
- sapientiores cognouerunt vanitatem multorum deorum 76
Gentes e Iudeis num cognouerint aliquid de futuro Messia? 57
Grotius fauet Socinismo 26
HAdrianus Christo templorum stinavit 152
- non exsecutus est destinata, ne sacra gentilium desererentur 153
- mitigauit persecutionem 153
- permisit christianis incolere 153
- Aeliam, non autem Iudeis 154
- fibi in omnibus ciuitatibus templo num voluerit consecrari? 152.155
Helena Christi critici num perquisiuit & inuenit 112
Hesiodus Cumis natus, Ascrea educatus 70
Historici saepe referunt, quae ipsi non probant, 144
Historicos quosdam notat Lucianus 170
IAcobi, Christi fratris, mors vt indigna a Iosepho describitur 142
Iesu mystice est dictus Christus 34
Iesuitis exceptis nulli sumpserunt nomen a Iesu 185
Iesus num inter sacerdotes cooptatus 185
- in tabulas census Augusti relatibus 185
- e tribu Iuda, non Leui 184
Ignotus Deus Athenis quis? 73
Impp. quidam Christum in Deorum numerum voluerunt recipere 153
Iniustus, qui videtur bonus, felix est, 96
Iniusti secundum Platonem post mortem sunt miseri 96
Interpretes LXX. Esa. III. 10. recte non reddunt 100
Iosephi de Christo testimonium, a pluribus tractatum 134
- breuitas dictorum de Christo suspecta 137
codices (2)

INDEX.

- codices conspirant in testimonio de Christo 144
- exemplaria a Iudeis corrupta, 144.147.
- Iosephus Sibyllae testimonium** laudat, 53
- vaticinium de Messia ad Vespasianum transfert 57.139.
- veritatem sibi proponit in scribenda historia 136.sq.
- vulgi, non suam de Christo prodidit opinionem 138.143.
- peruersum prodit animum D. Mundi turpe facinus narrationi de Christo subiungens 139
- an ad finem christianam fuerit proclymis, 142
- fuit discipulus Gamalielis 142
- gentilismo nonnunquam blanditur, 144
- numerauit 51x8; seu versus archaeologiae, 145
- non commemorat, Iesum vt sacerdotem sacra fecisse 186
- Iudei per Romanas provincias** fuere dispersi, 49
- Romae plures degerunt 50
- Poesin non neglexerunt 52
- ante Babyloniam captiuitatem inter Graecos fuere dispersi 49
- quotannis Hierosolymam misserunt pecunias, 50
- non dissimularunt, se Regem exspectare, 57
- Platonem ertuis supplicium Messiae non edocuerunt 103
- tumultus causa Roma pulsi 2.7
- sub Iustiniano rebellarunt, ita Etiantes Messiam 188
- contra religionem christianam tumultus excitarunt 7
- christianis libenter imponunt 188
- Iudeorum praerogativa ob creditum verbum Dei** 46.101
- sacra Tiberius Roma expulit [139]
- nomine christiani apud Suetonium comprehenduntur 5
- dogmata quaedam admixta Sibyllinis oraculis 49
- Iuliani Imp. contra Persas victoria nimis extollitur** 162
- Justinus Martyr** benignius sentit de Socrate 78
- Iusti nomen** Aristidem reddit inuisum 95
- Iustus Platonis** a nonnullis Christus esse traditur, 89
- non est Christus 91.101
- an a Clemente Alex. de Christo intelligatur? 105
- docendi causa effectus est, 96.sq.
- non male ad Christum accommodatur, 101.104
- apud Esaiam & in L. sapientiae quis? 90
- Iustus**, qui tamen iniustus videtur, miser est, 97
- L**entulus Sibyllae oraculum ad se transtulit, 56
- Libanius** testis fidei de Christo 177
- Linguae suas** habent aetates, 58
- Aevi** seu Dei Filium non cognovit Socrates, 78
- nec Zeno 79
- subsistentem Plato descripsit 89
- neque

INDEX.

- neque tamen Christum intelligit, 93
- Longinus an centurio sub cruce 130
- Lucilla** M. Antonini filia a daemo- ne agitata ab episcopo christia- no curata traditur 169
- L. Veri Imp. victoria de Persis** 162
- obiit in via iturus cum M. Antonino ad bellum Marcomanicum 164
- perstringitur a Luciano 168
- Lucianus** an fidei christianaे de- fensor 158
- rerum christianarum habuit no- titiani 168
- causarum patronus mutauit vi- tae genus, 170
- eius testimonium de Christo & S. Triade, 158
- num auctor Philopatridis 160.sq.
- vixit post Traianum 161
- Aristophanem imitatur 167
- peregrinatur 170
- laudat christianorum benignita- tem 168
- quadragenarius dialogos scribere coepit, 169
- Lucianus iunior** obscurus 175
- M**Acarius Iosephi de Christo testimonium laudat, 146
- Magi Christum adorantes Iudei, an pagani? 110
- interiori motu compulsi acces- runt ad Christum 48
- Magistrorum nomine dicti disci- puli 22.24
- Mammacea Alex. Seueri Imp. ma-** ter audiuist Origenem, 157
- M. Antoninus varias vidit orbis calamitates, 171
- M. Marcellus celebratur in IV. Vir- gili ecloga 65
- eius indoles & spes, quam dedit 66
- mors praematura 66
- Mariam ex Pandera concepisse Ie- sum blasphemē tradiderunt Iu- daei 141
- Milites primi ex gentilibus ad Christum conuerſi 130.sq.
- Moralis philosophiae fructus praeci- pius 76
- Muhammedani de Christo beni- gnius sentiunt, 191
- plures clam sunt christiani 192
- Mundus a philosophis Dei Filius dictus Deoque adaequatus 176
- N**Azarei primum a Iudeis di- cti sunt christiani 10
- priores a posterioribus haereti- cis sunt distinguendi 19
- Nomen christianorum praedi- etum 17
- Non-christianorum de Christo te- stimoniorum quis finis & vsus? 28
- O**ikonomia apud PP. quid signi- ficet, 91
- Oraculorum res dubia 82
- Oraculum de puerō Ebraeo con- sictum 81.83
- Origenes Celsum confutat 176
- a Mammacea arcessit in aulam, 157
- Orofius eur libros suos contra gentes scripsit? 172
- locus 3

INDEX.

- locus eius emendatur 5
 Otto Conr. exiudaeus iterum re-
 uertit ad suos 190
Pan num cultus sub Deo ignot. 74
 quis ex mente Socratis? 75
 non est λύγος subsistens, sed
 πρόφορικος, 77
 magnus morturus quis? 75
 confictus 77
 Passio Christi futura non nisi ex
 reuelatione cognita 101
 Patres saepe citant dicta Scriptu-
 rae, quae non exstant 49
 contra gentes disputantes, e gen-
 tilibus sacra probare student 107
 non ubique satis cauti 108
 contraludaeos disputantes cur ad
 Iosephi testimonium non pro-
 uocent? 146
 Paulus & Barnabas auctores nomi-
 nis christianorum 15
 Paulus Galilaeus fuit 165
 caluaster & nafo vocatur a Lucia-
 no 164
 eius imago passim fuit 166
 Persecutio IV. non sub Hadriano,
 sed M. Antonino fuit 153
 Pilatus ignorans Christo perhibet
 testimonium III.II.13
 Christo aduersatus est magis in
 speciem, quam ex animo, 122
 retulit ad Imp. gesta de Christo
 II.17.125
 ex militibus vere tertia nocte ge-
 sta cognouit 123
 christianus non fuit 127
 Pilati Epistola ad Tiberium 114
 eius diuersar exemplaria 115
 est conficta 118
aīva Φόρα de Christo 116
 acta laudantur a PP. 116
 authentica in manus christiano-
 rum vix venerunt 117
 quae in manibus christianorum,
 fuerunt spuria 118
 Philo auctor libri sapientiae 99
 senior, an iunior, dubium 99
 Philopatris an a Luciano scripta,
 dubitatur, 160
 vindicatur Luciano 175
 maiorem rei christiana exhibet
 notitiam 168
 in ea quae notentur 171
 Philosophi, auctores sectarum, ma-
 gni a suis habiti 27
 Plato summus disertissimusque
 philosophus 87
 quaedam christiana fidei con-
 formia scripsit 88
 aludaeis num mysteria quaedam
 didicerit? 102
 legeritne S. L. 103
 Plinii Epistolarum regina quae 150
 non fuit christianus 151
 Poetae τολυθείας maxime aucto-
 res 76
 Praefides prouinciarum ad Impp.
 res gestas referebant 126
 Puella Act.XVI. non fuit ἑγγαρπί-
 μυθος 132
Regem e Iudeis proditurum
 inter gentes olim haud pla-
 ne incognitum fuit 57
 Religio christ. gentibus iniusa ob-
 nouitatem & Christi crucem 107
 Reuelatio Iudeis propria, nec ex-
 tra Ecclesiam fuit 101.sq.
 Romani quidam fautores Iudaicae
 religio-

INDEX.

- religionis, etiam profelyti 15.123
Sacerdotes Isidis Romae sunt le-
 nones 139
 Sacerdotes Hierosolymae longe
 plures, quam XXII. fuerunt 183
 non solum legerunt in Synagogis
 Legem 187
 Sap. II.12. de Christo qui interpre-
 tentur 100
 Scripturae loca, e quibus acrosti-
 chis Sibyllae contexta videtur
 59. sq.
 Sectarum auctores inter christia-
 nos magni habitu a discipulis 27
 Seleucia contra datam fidem a L.
 Vero vastata 174
 Serenius Grannius christianor. cau-
 fam agit apud Hadrianum 153
 Sibyllae acrostichis de Iesu Chr. 34
 Sibyllarum oracula de Christo lau-
 dantur a PP. 31.32
 eorum claritas argumentum,
 quod supposita, 46
 num a Iudaeis profecta? 74.17
 mistum aliquod corpus fuit
 e variis 49
 quaedam a priuatis descripta fue-
 runt 43
 antiqua combusta ex variis col-
 lecta 49
 a Paulo num citata? 44
 Sibyllarum res dubiae & perple-
 xae 43
 de iis qui scripserint 44
 Sibylla Cumana, non Cumaea di-
 citur 70
 Sibyllae sunt dicti christiani 52
 Sixtus Senensis Iudeus natus, post
 christianus 181
 Socrates nouos introducere Deos
 arguebatur 71
 nullos an statuerit ac coluerit
 Deos, 72
 nubes pro Diis habere accusa-
 tus est ab Aristophane 72
 num Christum ex parte cogno-
 uerit? 75
 cum Abraham & Elia in vna
 classe non collocandus 78
 Σοφία Platonis subsistens 89
 Σοφίη quo sensu Christus dica-
 tur a Luciano 159
 Stilus eiusdem auctoris non sem-
 per idem 167
 Suidae aetas incerta 181.sq.
TAbulae censū Romani in Iu-
 daea Romae asseruatae 185
 Templū non habuerunt christiani
 antiqui, sed tamen aedes 166
 Templū Hadriani imaginibus ca-
 ruerunt, 155
 Tertullianus testis fidei dignus 121
 Theodosii Iudei narratio de Chri-
 sto 177
 est conficta a christiano 181.183
 Tiberius dictus etiam est Clau-
 dius 115
 Christum in numerum Deorum
 voluit recipi a Senatu 119
 in dubium hoc vocatur 120
 sacra Rom. abrogare noluit 122
 nouissime in contemptum venit
 123
 Titulus cruci Christi praescriptus
 variat 111
 Titulus crucis Romae asseruatus
 cubitus 112
 Christo honorificus 113
 Tolani-

INDEX.

- | | | | |
|---|-----|--|-----|
| Tolandus Nazaraeus maluit vocari, quam christianus | 19 | cum M. Antonino | 164 |
| Triumuiri emissi collegerunt oracula Sibyll. post conflagrationem | 49 | Virgilius an Christi Natalem descripserit? | 64 |
| Triumuiratus Augusti a Sibylla praedictus censetur | 56 | Hesiodi auream aetatem describit in Eclog. IV. | 65 |
| V aticinia de rebus ciuilibus etiam inter gentes edita | 47 | Sibyllae carmen in Eclog. IV. non reddit | 69 |
| Verus Imp. vincit Persas | 162 | Virgo apud Virgilium iustitiam significat | 68 |
| communiqat honorem triumphi | | Z enonis λόγος a Iohanneo diversus est, | 79. |

ERRATA.

p. 4. l. 22. Aelia Christe l.23. Chreste, p. 10. l. 7. cooperat, l. 15. deleantur vind. discipl. christ. l. 7. γαλιλαιοι, p. 12. §. 4. l. 3. amplectendum, l. vlt. οιον, p. 13. l. 18. hinc, l. 20. ciuitates, l. 26. ἐχηματισε, l. 27. πρεσβευταις, p. 18. l. 6. philol. l. 15. mouisse, p. 21. l. 26. προσεκληθετε, p. 28. l. 4. collegit. p. 30. l. 14. Hesiodi, p. 32. l. 16. οιον, l. 25. legitur, p. 33. l. 6. δ' επι νοησον, l. 8. καταλύσει, l. 27. σαυτος. p. 34. l. 30. signum parenthes. post Augustinus, p. 35. l. 16. ἐκλειψει, l. 19. ψηστι, l. 20. ὅρη, l. 30. προσκομιδα, p. 36. l. 8. deleatur punctum, p. 37. l. 3. p. 723. p. 38. l. ii. Chreistus, p. 40. l. 7. lataque, p. 45. l. 7. epistolis, p. 51. l. 16. L. p. 54. l. 23. ειδωλα, l. 28. πολυθρηνον, p. 55. l. 6. κευθυνας, p. 59. l. 5. ψρυνθετε, l. 12. κόσμον, p. 60. l. 29. scripturae, p. 61. l. 15. ἐκλειψει, l. 18. inquolentur, l. 28. pro της leg. δε, p. 62. l. 4. ψηστι. l. 6. καχλάζουτες, p. 63. l. 15. nostri, p. 71. l. 9. flores, p. 73. l. 3. αγνασων, p. 76. l. 27. fuggerit, p. 80. l. 28. Aegyptiac. p. 81. l. 4. χαλδαια, l. 25. σιγων, p. 89. l. 2. δι, p. 98. l. 22. παρων, l. 23. ἐργειν, p. 99. l. 5. igitur, p. 100. l. 3. כוֹר p. 102. l. 3. atticissans, p. 103. l. 31. humani, p. 105. l. 7. affligebantur, p. 106. l. 7. δοξαζουτεναι, p. 107. l. 10. contemnebant, l. 13. Christum, p. 110. l. 20. exilibus in Perside, p. iii. l. 6. Nazarenus, p. 118. l. 12. visitatus, l. 26. C. p. 120. l. 5. vocant, l. ii. S. pro 5. p. 122. l. 16. tempore, l. 24. frustra, p. 131. l. 21. ειτ, p. 133. l. 6. negant, p. 138. l. 27. viderantque, p. 139. l. 27. promittentis, p. 146. l. 10. Hierosolymitanus, p. 147. l. 29. ali, qui, p. 149. l. 7. Antiochiae, l. 9. domus, p. 151. l. 15. ille, p. 158. l. ii. Ferrarius, p. 182. l. i. Eustathius, l. 9. additis, p. 188. l. 20. Hentenius, p. 189. l. 22. deleatur בְּנֵי & add. post אַגָּדָה. B. L. haec literasque inuerfas, omissa vel addita commata & puncta haud grauate emendabit,

